David
Gorter
Materia
Medica

A
47
27

C. Hª de la Farm. Nº 564

350

BIBLIOTECA ... REAL
Sala: A
47
... 27

Año 1753

Adquirido con cargo a la consignación de Historia de la Farmacia.
Granada Julio 1968

:G,D 615.1 - 615(09)
A. 5.620

# MATERIES MEDICA,

EXHIBENS VIRIUM
MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM
CATALOGOS
IN TRES LIBROS DIVISA
QUORUM

*Primus. Medicamenti vel operationis nomina.*
*Secundus. Titulos morborum.*
*Tertius. Partes corporis, humores, & functiones complectitur.*

AUCTORE
DAVIDE DE GORTER
JOAN. FIL.
*A. L. M. Philoſophiæ & Medicinæ Doctore.*

EDITIO PRIMA ITALICA.







PATAVII, Typis Seminarii. MDCCLV.
Apud Joannem Manfrè.
*SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.*

C. Hª de la Farm. Nº 564

350

BIBLIOTECA [illegible] REAL
Sala: A
47
27

Año 1753

Adquirido con cargo a la consignación de Historia de la Farmacia.
Granada Julio 1968

C.D 615.1 - 615 (09)
R.5.620

# MATERIES MEDICA,

## EXHIBENS VIRIUM MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM CATALOGOS IN TRES LIBROS DIVISA

QUORUM

*Primus. Medicamenti vel operationis nomina.*
*Secundus. Titulos morborum.*
*Tertius. Partes corporis, humores, & functiones complectitur.*

AUCTORE
DAVIDE DE GORTER
JOAN. FIL.
*A. L. M. Philoſophiæ & Medicinæ Doctore.*

EDITIO PRIMA ITALICA.

Est Azzi Conti







PATAVII, Typis Seminarii. MDCCLV.
Apud Joannem Manfrè.
*SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.*

*VIRO CELEBERRIMO, DOCTISSIMO,*

# D. D. JOHANNI DE GORTER

A. L. M. Philoſophiæ & Medicinæ Doctori, hujuſque facultatis in Academia Gelro-Zutphanica, quæ Harderovici eſt, Profeſſori Ordinario, urbis Harderovicenæ Archiatro, Patri ſuo cariſſimo, admodum venerando.

LIcet moribus non eſſet receptum laborum primitias Præceptoribus dedicare, meum tamen eſſet, REVERENDE PARENS, Has Tibi offerre: mihi enim fideliſſime, quæ in Arte Medica poſſideo, revelaſti, ut Pater & Præceptor Indulgentiſſimus, ſed & Tuo hortatu hoc opus adgreſſus ſum, & in eo perpoliendo ulterius firmaſti ſententiam, me non ſolum mihimet, ſed & aliis artem medicam exercentibus inſervire poſſe; hanc partem a paucis, quamvis in praxi medica utiliſſimam, fuiſſe agitatam, & a pauciſſimis integre abſolutam, ſummopere quoque a Medicis deſiderari monuiſti; veritatem Te dixiſſe amplius in medicina progreſſus ipſe expertus ſum: at vero cum mei nunc labores in Publicum eſſent prodituri, nimis audax juvenis eſſet inceptum, niſi gravem haberet Patronum & Defenſorem, rem aliquam magni momenti publici juris facere. Has igitur, VENERANDE PARENS, primitias libentiſſime Tibi offero, ut ſummas referam grates pro inſtitutionibus omnibus, Paternoque erga me amore, ac laborum meorum reddam rationem, & in primis quoque ut haberem Patronum, ſi quis forte leonino dente hoc opus rodere conetur. Ceterum DEUM T.O.M. ſupplex veneror, velit Te diu ſervare incolumem in ſplendorem, & emolumentum totius familiæ noſtræ, & Reipublicæ utilitatem. Ita Scribebat & Vovebat,

*Patri ſuo Cariſſimo*

David de Gorter.

# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del *P. F. Franceſco Antonio Mantua* Inquiſitor Generale del Santo Officio di Padova nel Libro intitolato: *Materies Medica exhibens virium Medicamentorum ſimplicium Catalogos in tres Libros diviſa Auctore David de Gorter Jo. Fil.* Non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Giovanni Manfrè Stampatore di Venezia*, che poſſa eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 14. Decembre 1753.

(
( *Marco Foſcarini Cav. Proc. Rif.*
( *Alviſe Mocenigo 4. Cav. Proc. Rif.*

Regiſtrato in Libro a Carte 33. al num. 236.

*Gio: Girolamo Zuccato Segr.*

Addì 18. Decembre 1753.

Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſſimo degli Eſecutori contro la Beſtemmia.

*Alviſe Legrenzi Segr.*

PRÆ-

# PRÆFATIO.

INter Scientiæ Medicæ partes non eſt minima cenſenda, quæ Materiem Medicam ſuggerit, ita tamen non eſt æſtimanda, ac ſi ſola ad medendum ſufficeret: nihil enim magis a Medico exigit æger, quam ut Debilitati medeatur, leniatque Dolores, addat quod deficit, auferat abundans; cuncta, quibus hæc præſtamus, auxilia, materiæ medicæ deſcriptio ſuppeditat: ſed peritum exigit in ſcientia, qui ex arte illa omnia, opportuno tempore, & apta morbis norit adhibere, atque in concinnandis ex ſuggeſta materia formulis eſt promptus. Verum in eruendis morborum ſignis edocto, formuliſque concinnandis inſtructo, hos noſtros labores, qualeſcumque ſunt, non levem adlaturos opem confido, cum ſæpe dubii hæreamus, facta curationis indicatione, qualia medicamina præ ceteris ſint adhibenda; humanum enim ingenium vix valet ex perſpectis medicaminum virtutibus ſeorſim ea in memoriam revocare, quæ tales poſſident virtutes.

Hoc ipſemet expertus ſum, quum ante aliquot annos perſcrutatus fueram medicamentorum ſimplicium virtutes ex auctoribus practicis, eaſque digeſſeram ad medicamentorum titulos, ut a multis fieri ſolet, volens inventas vires alicui morbo vel operationi generali accommodare, pauca, imo interdum nullum in memoriam revocare potui, cum tamen in medendi arte, vires non ad medicamenti nomen, ſed ad titulos morborum promte occurrere debeant: monuit me igitur VENERANDUS PARENS, digererem, quæ ita collegeram, ad ſuos proprios virtutis & morborum titulos, affirmavitque id mihi praxin exercenti uſui fore, ut quando exigerem virtutis alicujus medicamen, id facile tali methodo inveniri poſſet: addiditque præterea hujus quoque aliquod ad levandam memoriam a CLARISSIMO BOERHAAVE in Libello ſuo de materie medica exhibitum fuiſſe ſpecimen; me itaque in hoc perpoliendo opere habere gravem aliquem Auctorem, ſed qui hoc opus nondum ad umbilicum perduxerat, volentem pauca hæc ad imi-

tandum publici juris facere, atque aphoriſmis ſuis practicis accommodare.

Omnes exinde ſchedulas medicamentorum pervolvere incepi, vireſque eorum omnes ad ſuos titulos redegi, iſtaſque collectas nunc publici juris facio. Novas igitur & inauditas non inveniet virtutes B. L. cum ſolis experimentis conſtet cujuſvis medicaminis virtus, & omnis de virtutibus medicamentorum conjectura ægris admodum ſit periculoſa & interdum lethalis, adeo ut quivis ingenio pollens ſine experientia nihil quidquam adjicere audeat, ſolius cum ſit experientiæ proles.

Sed detectas in medicamentis vires artificioſe congerere & digerere in ordinem, unicuique pro ſuo ingenii modulo licet, ut experientia uſui magis ſit accommodata.

Hunc ut invenirem ordinem, quoſdam Auctores de materia medica ſcribentes conſului, atque eorum perſpexi ſimplicium Catalogos, ſed quoniam neque ordo neque enumeratio medicamentorum videbantur doctrinæ medicæ ſatis adaptata, de integro novum ordinem, novamque collectionem ex ſchedulis medicamentorum ſimplicium adgreſſus ſum adornare, neminem ſequens, ſed rimatus qualem ordinem ipſa natura dictitabit, eum ſecutus ſum.

Collectis itaque ex omnibus ſchedulis medicamentorum virtutibus ad ſuos proprios titulos, ( quod ſatis commode fieri poſſe inexpertis videbitur, ſed multi laboris eſſe ad evitandos errores, & ſynonyma, quibus medica ſcientia ſcatet, tam in nominibus medicamentorum, quam morborum, ipſe expertus ſum, ) cogitare cepi de ordine, quo Tituli ſe invicem deberent ſequi. Cum vero unus Titulus ſæpe ex multis aliis componatur, ne antecedens Titulus egeret poſteriore nondum tradito, hoc opus, hic labor. Sedulo igitur cunctos examinavi Titulos, iterumque mutavi ordinem, donec tandem in eum, quem hic Tibi L. B. exhibeo, pervenerim: in quo vix invenies locum ſequentis explicatione egentem, ſed ſemper antecedentia allegata.

Ad hunc inveniendum ordinem me inſtigarunt demonſtrationes Mathematicorum, qui a ſimpliciſſimis incipiunt, & in maxime compoſita finiunt, &, ne cogantur ſimplicia ad compoſita ſemper repetere, loca duntaxat indicant: ita etiam quantum potuimus, noſtram digeſſimus Materiem Medicam, ut, etiamſi pauca ad poſteriores Titulos congeſſimus medicamina; multa tamen facile comparari poſſint, ſi allegata loca inſpiciamus: & ut hoc ſatis commode fieri poſſet, curavi ſingulis adponi numeros, qui ſe ſerie arithmetica invicem ſequuntur; quare L. B. ſemper ad numeros Titulorum, minime vero ad Paginas citata loca quærere velit.

Quia vero Titulorum nomina apud omnes medicos non ſemper eaſdem res indicant, brevem adjungere volui Definitionem ſingulis, ut conſtaret ſemper quid ſit per Tituli nomen intelligendum.

Et ut ſatisfacerem promiſſis Patris mei in Præfatione Partis ſecundæ Compendii Medicinæ, hanc materiem medicam continentem omnes Titulos in Compendio Medicinæ citatos medicamentorum ſimplicium Catalogis adornavi; in quibus ea in primis propoſui, quæ occurrunt in Pharmacopœa Amſtelædamenſi An. 1726. edita, pauca adjeci, quæ Practici hodie quoque cum fructu præſcribunt.

Dabam Amſtelodami A. D. 19. Octob. 1739.

SE-

# SERIES TITULORUM.

## LIBER PRIMUS.


### CAP. I.

*Quæ ex ſimplici medicamento nomen habent.*

1 ALoetica
2 antimonialia
3 aquoſa
4 mercurialia
5 nitroſa
6 opiata
7 papaverina
8 vinoſa.

### CAP. II.

*Quæ ex medicamentorum claſſe nomen accipiunt.*

9 Aromatica
10 balſamica
11 farinoſa
12 fructus horœi
13 gummi
14 oleoſa
15 olera
16 reſinoſa
17 ſpirituoſa
18 plantæ
19 quadrupedes
20 aves
21 piſces
22 inſecta
23 teſtacea
24 bilioſa
25 pinguia
26 animalia
27 lapides
28 metalla
29 ſalia
30 ſulphurea
31 terrea
32 ſemimetalla
33 mineralia.

### CAP III.

*Ex virtute generali inſita quæ nomen accipiunt.*

34 Aceſcentia
35 acida
36 alcaleſcentia
37 alcalia
38 emplaſtica
39 fixa
40 gelatinoſa
41 humida
42 mollia
43 mucilaginoſa
44 ſaponacea
45 ſicca
46 volatilia.

### CAP IV.

*Quæ ex varia ſenſuum perceptione nomen obtinuerunt.*

47 Acria
48 lenia
49 odorifera
50 inodora
51 fœtentia
52 amara
53 dulcia
54 grata
55 ingrata
56 ſapida
57 inſipida
58 ſalſa
59 inſulſa
60 auſtera.

### CAP. V.

*In partes firmas agentia.*

61 Comprimentia
62 extendentia
63 adducentia
64 ſuſtentantia
65 humectantia
66 ſiccantia
67 lubricantia
68 adſtringentia
69 indurantia
70 emollientia
71 laxantia
72 corrodentia
73 eſcharotica
74 exedentia
75 ruptoria
76 urentia.

### CAP. VI.

*Humorum qualitatem mutantia.*

77 Coagulantia
78 incraſſantia
79 attenuantia
80 reſolventia
81 incidentia
82 condientia
83 putredinem cohibentia
84 rarefacientia
85 figentia
86 volatilizantia
87 diluentia
88 pus moventia
89 putrefacientia
90 præparantia
91 concoquentia
92 corrigentia
93 lenientia
94 obtundentia
95 obvolventia
96 antiphlogiſtica
97 compingentia.

### CAP. VII

*Evacuationem promoventia.*

98 Evacuantia

99 auferentia
100 abſorbentia
101 diſcutientia
102 alvum laxantia
103 alvum ducentia
104 urinam ducentia
105 perſpirabile ducentia
106 abortum facientia
107 partum facilitantia
108 menſes ducentia
109 lochia pellentia
110 apophlegmatizonta
111 Lachrymas moventia
112 ſalivantia
113 vomitoria
114 ſudorifera
115 expectorantia.

### CAP. VIII.

*In motum corporis agentia.*

116 Moventia
117 ſtimulantia
118 excitantia
119 rubefacientia
120 calefacientia
121 ſternutatoria
122 aperientia
123 roborantia
124 cordialia
125 motum ſiſtentia
126 frigefacientia
127 debilitantia
128 obſtruentia
129 attrahentia
130 repellentia
131 revellentia
132 derivantia
133 defenſiva.

### CAP. IX.

*Quæ in ſenſus operantur.*

134 Dolorem facientia
135 anodyna
136 ſtupefacientia
137 famem excitantia
138 famem minuentia
130 ſitim excitantia
140 ſitim ſedantia
141 venerem ſtimulantia
142 venerem exſtinguentia
143 ſomnifera
144 ſomnum arcentia
145 ſoporifera
146 exhilarantia.

### CAP. X.

*Actionem compoſitam præſtantia.*

147 Polychreſta
148 carnem generantia
149 callum generantia
150 nutrientia
151 replentia
152 cicatriſantia
153 glutinantia
154 conſolidantia
155 extenuantia
156 abſtergentia
157 veſicantia
158 ornantia.

# LIBER SECUNDUS.

## SECTIO PRIMA.

*Morbi generales interdum ſpecialem partem, liquorem, vel actionem infeſtantes.*

### CAP. I.

*Morbi communicati.*

159 Venenum
160 contagium
161 peſtis
162 venerea lues
163 hydrophobia
164 abuſus.

### CAP. II.

*Morbi ſpontanei.*

165 Cruditas
166 corruptio
167 putredo
168 fermentatio
169 efferveſcentia
170 ebullitio.

### CAP. III.

*Humorum morbi.*

171 Craſſitudo
172 tenuitas
173 magnitudo
174 parvitas
175 gravitas
176 levitas
177 cohæſio major
178 colliquatio
179 compactio
180 raritas
181 cacochymia
182 cachexia
183 ſcorbutus
184 chloroſis
185 coagulatio
186 polypus humorum
187 gelatinoſum
188 lentor
189 glutinoſum
190 mucoſum
191 viſcidum
192 lympha acris
193 catarrhus
134 pituita
195 aciditas
196 alcali
197 auſterum
198 billioſum
199 melancholicum
200 pus
201 ichor

202 acrimonia
203 abundantia
204 defectus
205 evacuatio
206 ſuppreſſio
207 Tranſudatio
208 error loci.

CAP. IV.

*Firmarum partium morbi.*

209 Laxitas
210 rigiditas
211 debilitas cohæſionis
212 fragilitas
213 contractilitas major
214 flacciditas
215 elaſticitas major
216 inertia.

CAP. V.

*Motus viventium morbi.*

In motu vitali ſolo.

217 Motus auctus
218 motus minor
219 motus turbatus
220 calor corporis
221 frigiditas corporis
222 pulſatio
223 palpitatio
224 mobilitas
225 incubus

In motu animali ſolo.

226 Pareſis
227 ſcelotyrbe
228 beriberi
229 epilepſia
230 catalepſis
231 apoplexia

In motu animali & vitali.

232 Debilitas
233 tremor
234 horror
235 rigor
236 convulſio
237 ſpaſmus.

CAP. VI.

*Senſum morbi.*

Senſus major.

238 Conſenſus
239 dolor
240 anxietas

Senſus minor.

241 Senſus privatio
242 ſtupor
243 torpor

Senſus alienus.

244 Caloris ſenſus
245 frigoris ſenſus
246 gravitatis ſenſus
247 levitatis ſenſus.

CAP. VII.

*Actionis compoſitæ morbi.*

Moles aucta.

248 Inflammatio
249 eryſipelas

Moles minuta.

250 Macies
251 phthiſis

Mutata functio.

252 Rhachitis
253 febris
254 morbus.

CAP. VIII.

*Morbi generales in corporis ambitu.*

ſine Febre.

255 Puſtulæ
256 ſcabies
257 furfuratio
258 vitiligo
259 impetigo

cum Febre.

260 Variolæ
261 morbilli
262 ſcarlatina
263 petechiæ.

LIBER SECUNDUS.

SECTIO SECUNDA.

*Morbi particulares varias partes, liquores aut actiones infeſtantes.*

CAP. IX.

*Morbi ex cognita cauſa producti.*

264 Elongatio
265 tenſio
266 gelu
267 vulnus
268 punctura
269 fractura
270 luxatio
271 contuſio
272 morſus
273 uſtio.

## CAP. X.

*Aliena in corpore vel ei adhærentia.*

274 Sordes
275 animalcula cutanea
276 vermes
277 fœtor
278 flatus.

## CAP. XI.

*Firmarum partium defectus & ſolutio.*

279 Soluta unitas
280 fiſſura
281 corroſio
282 excoriatio
283 nuda oſſa
284 ulcus
285 caries
286 fiſtula
287 cicatrix.

## CAP. XII.

*Mutationis firmarum morbi.*

288 Callus
289 oſſificatio
290 durities morboſa
291 concretio
292 hernia
293 procidentia
294 humiditas
295 ſiccitas.

## CAP. XIII.

*Senſus morbi raro generales.*

296 Arthritis
237 podagra
298 rheumatiſmus
299 pruritus.

## CAP. XIV.

*Motus morbi.*

300 Gangræna
301 repulſio
302 obſtructio
303 paralyſis
304 ſphacelus.

## CAP. XV.

*Coloris mutati morbi.*

305 Rubor
306 phlogoſis
307 livor
308 nigror
309 pallor
310 flavus color
311 icterus
312 maculæ.

## CAP. XVI.

*Cruſta & inæqualis ſuperficies.*

313 Aſpredo
314 herpes
315 eſchara
316 favus.

## CAP. XVII.

*Tumores varii.*

317 Aneuryſma
318 varix
319 veſiculæ aquoſæ
320 hydrops
321 œdema
322 phlegmone
323 furunculus
324 carbunculus
325 terminthos
326 abſceſſus
327 ſinus purulentus
328 vomica
329 ſcirrhus
330 ſtruma
331 cancer
332 folliculoſus tumor
333 excreſcentia
334 ſarcoma
335 caruncula
336 fungus
337 ficus
338 polypus tumor
339 clavus
340 ganglion
341 verruca
342 exoſtoſis
343 inflatio.

# LIBER SECUNDUS.

## SECTIO TERTIA.

*Morbi particulares unicam partem, liquorem, aut actionem infeſtantes.*

## CAP. XVIII.

*Tumores particulares.*

344 Angina
345 parotis
346 bubo
347 empyema
348 tympanites
349 hœmorrhoides.

## CAP. XIX.

*Motus particularis morbi.*

350 Vertigo
351 ſternutatio
352 tuſſis
353 ſingultus
354 hyſterica paſſio
355 hypochondriaca affectio
356 nauſea.

CAP.

CAP. XX.

*Evacuationis morbi.*

357 Gravedo
358 vomitus
359 gonorrhœa
360 fluxus albus.

# LIBER TERTIUS.

## SECTIO PRIMA.

*Humorum morbi.*

CAP. I.

*Circulatorii humores.*

361 Sanguinis morbi
362 menſium morbi
363 lochiorum morbi
364 ſpirituum morbi.

CAP. II.

*Saponacei & præparantes humores.*

365 Saliva
366 pancreatis ſuccus
367 bilis
368 ſalivoſus humor *oris, ventriculi & inteſtinorum.*

CAP. III.

*Nutrientes humores.*

369 Chylus
370 lac
371 fœtus liquor
372 ſemen.

CAP. IV.

*Excrementitii humores.*

373 Alvi egeſtio
374 urina
375 perſpirabile
376 ſudor
377 lachrymæ.

CAP. V.

*Pingues humores.*

378 Pinguedo
379 medulla.

CAP. VI.

*Roridi & Lymphatici humores.*

380 Cerebri humor
381 duræ matris ſuccus
382 nervorum ſuccus
383 pectoris humor
384 ventris humor
385 pericardii liquor
386 oculorum humores.

CAP. VII.

*Mucoſi humores.*

387 Pituitariæ membranæ mucus
388 oris mucus
389 faucium mucus
390 œſophagi mucus
391 ventriculi mucus
392 inteſtinorum mucus
393 laryngis, Tracheæ, Pulmonis ſputum.

CAP. VIII.

*Viſcoſi humores.*

394 Circulatorii organi viſcoſum
395 bilis organi viſcoſum
396 urinæ organi viſcoſum
397 generationis organi viſcoſum.

CAP. IX.

*Mucilaginoſi humores.*

398 Articulorum mucilago
399 tendinum mucilago
400 Sebum.

CAP.

# LIBER TERTIUS.

## SECTIO SECUNDA.

*Organorum & Firmarum partium morbi.*

### CAP. X.

*Univerſales partes corporis.*

401 Vaſa
402 arteriæ
403 venæ
404 nervi
405 ductus
406 fibræ
407 membranæ
408 ligamenta
409 glandulæ
410 oſſa
411 articuli
412 muſculi.

### CAP. XI.

*Singulares partes corporis.*

413 Caput
414 collum
415 pectus
416 venter inferior
417 integumenta
418 Viſcera
419 cerebrum
420 cor
421 pulmo
422 ventriculus
423 inteſtina
424 meſenterium
425 lien
426 hepar

### CAP. XII.

*Organorum morbi.*

427 Manducationis organa
428 os, & aphthæ
429 dentes
430 gingivæ
431 deglutitionis organa, & fauces
432 chyli organa
433 circulationis organa
434 reſpirationis organa
435 pleuræ affectio pleuritis dicta
436 ſenſus organa
437 nares, & naſalia
438 oculi
439 aures
440 genitalia virorum
441 ------ fœminarum
442 uterus, & uterina
443 mammæ
444 urinæ organa, nephritica, & lithontriptica
445 calculus urinæ
446 ſpirituum organa
447 delirium
448 animi deliquium
449 memoria debilis.

# LIBER TERTIUS.

## SECTIO TERTIA.

*Senſuum & Actionum morbi.*

### CAP. XIII.

*Senſuum particularium morbi.*

450 Viſus
451 auditus
452 odoratus
453 guſtus.

### CAP. XIV.

*Generatio.*

454 Conceptus & ſteririlitas
455 graviditas
456 abortus
457 partus
458 puerperium
459 Fœtus.

### CAP. XV.

*Nutritio.*

460 Nutritio
461 manducatio
462 deglutitio
463 coctio ventriculi
464 ſanguificatio.

### CAP. XVI.

*Motus morbi.*

465 Reſpiratio difficilis, & aſthma
466 vox, & raucedo
467 vigiliæ
468 ſomnolentia, & ſopor
469 æquilibrium deſtructum.

# MATERIES MEDICA.

## LIBER PRIMUS.

*Tota materies medica in tres Libros commode dividi poteſt, quorum Primus complectitur Denominationes, ex nomine medicamenti, vel ejus claſſe generali, vel virtute Operationis: Alter ex propriis morborum nominibus: Ultimus ex Partibus, Humoribus, & Functionibus corporis nomina accipit.*

## CAPUT PRIMUM.

### Quæ ex ſimplici Medicamento nomen habent.

*Omnia ſimplicia, ex quibus Chemici & Pharmacopœi varia præparare medicamenta norunt, ad hoc caput potuiſſent referri. Sed paucis erimus contenti, quæ nempe frequentiſſime tali titulo ab Auctoribus proponuntur. Virtutes huic medicamento proprias non attingemus, quia eæ in iſtius ſimplicis deſcriptione tradendæ ſunt. Hoc autem monendum eſt, virtutes diſcrepare in variis præparatis, quæ ſingulæ in uſu præparatorum ſunt quærendæ: hoc vero loco duntaxat citantur, ut pateat, quali ſenſu dicta nomina ab Autoribus accipiuntur.*

### 1. ALOETICA.

QUoniam *Aloe* multa ingreditur officinalia compoſita, ut eſt *Pulvis Hieræ*, *Electuarium Hieræ Picræ Galeni*, *Pilulæ Extracti Catholici*, & ſimilia medicamenta, mos obtinuit, cuncta hæc generali titulo proponere; ſed uſus horum omnium hic tradi nequit, quia ſi ſit ſimplex Aloe, ejus virtus in ſimplici hoc medicamento traditur; ſi autem accipiatur in Officinali compoſito, adjuncta medicamenta virtutes immutant, ut ex deſcriptione iſtius officinalis conſtat.

### 2. ANTIMONIALIA.

Quia *Antimonium Crudum* raro adhibetur, ſed fere ſemper ejus præparata, uti *Antimonium Diaphoreticum*, *Crocus Metallorum*, *Vinum Emeticum*, *Vitrum Antimonii*, & plura alia officinalia ex Antimonio confecta, eorum virtus generalis, quæ admodum varia eſt, deſcribi nequit, niſi in præparatis ſeorſim.

### 3. AQUOSA.

*Aqua* ipſa, & omnes *Infuſiones*, atque *Decocta*, vel & formæ reliquæ medicamentorum, quæ multum aquæ continent, ad hunc titulum referuntur: horum omnium generalis deſcriptio ex proprio titulo Aquæ colligi poteſt.

### 4. MERCURIALIA.

Quæ ex *Mercurio* conficiuntur virtute varia prædita, vel quæ Mercurium recipiunt, uſus obtinuit vocare *Mercurialia*, quorum præcipua citato loco inveniuntur, ubi ſimul exponuntur vires, qualia ſunt *Æthiops Mineralis*, *Mercurius Sublimatus Dulcis*, *Mercurius Præcipitatus Albus* & *Ruber*, *Cinnabaris*, *Mercurius Sublimatus Corroſivus*, *Turbith minerale*.

### 5. NITROSA.

Omnia ex *Nitro* præparata, modo ſervent fere eandem virtutem, & omnia vegetabilia, in quibus Nitrum abundat, huc pertinent: Quo magis Nitrum paſſum eſt ignis torturam, eo minus nitri virtutes poſſideat, ſed accedunt ad vires ſalis Alcalini fixi. Præcipua præparata ſunt ſequentia. *Nitrum* ipſum, *Nitrum Depuratum*, *Nitratum Nitratum*, *Sal Prunellæ*, *Sal Polychreſtus*.

### 6. OPIATA.

Quid ſit *Opium*, ex medicamentorum ſimplicium deſcriptione conſtare poteſt, & quibuſnam in morbis adhibetur; ſed quia ex *Opio* multa conficiuntur medicamenta, ut *Laudanum Opiatum*, *Cydoniatum*, *Liquidum Sydenhami*, *Tinctura Opii*, & multa alia, uſus horum ex dictis officinalibus peti debet: atque multa quoque Opium recipientia, nomen ex Opio accipiunt, ut *Theriaca*, *Triphora*, *Mitridatium*, *Philonium*, *Diaſcordium*, vocantur Opiata, quorum doſis & uſus ex officinalibus his debent peti.

### 7. PAPAVERINA.

Quæcumque ex capitibus *Papaveris*, vel ex floribus parantur medicamenta, aut quodcumque officinale operatur præcipue virtute Papaveris, ad hunc titulum pertinent, ut *Syrupus Papaveris Albi*, *Papaveris Rheados*, *Diacodion*, quorum omnium virtutes, vel ex hujus ſimplicis, vel eorum officinalium deſcriptione ſunt petendæ.

### 8. VINOSA.

Liquores fermentatione ita commutati, ut contineant ſpiritum inflabilem inebriantem, dicuntur *Vinoſa*. Hæc quia refocillant, vireſque erigunt, alia quoque, quæ ſimilem, ſed non inebriantem virtutem poſſident, Medici Vinoſa vocarunt, ut Poma & Pyra Fragrantia.

## CAPUT SECUNDUM.

### Quæ ex Medicamentorum Claſſe nomen accipiunt.

*Multa ſimplicia Medicamina, quorum virtutes ſunt communes, eodem titulo Medici proferre ſolent, ne in deſcriptione virtutem eandem multis communem repetere cogantur.*

*Varios titulos hoc caput complectitur, qui tamen omnes ad hæc tria genera, ſeu, ut vocant, Regna reduci poſſunt, quorum primum eſt Vegetabile, quod plantas complectitur; alterum Animale; & ultimum Minerale.*

*Horum generalis deſcriptio ſemper ad finem reperietur, quia illa Regna aliis ſimplicioribus conſtant, quæ propterea præmittenda ſunt.*

### 9. AROMATICA.

PLantæ omnes, ſive earum cortices, ligna, ſemina, flores, radices, gummi, aliæve partes, in quibus detegitur penetrans & calefaciens ſapor, atque odor volatilis plerumque gratus, vocantur *Aromata*.

Quæ aſportantur ex calidioribus Regionibus acriora & magis penetrantia eſſe

eſſe ſolent, quam quæ creſcunt in locis ſeptentrionalibus, quamvis hæ regiones non omnino aromaticis privatæ ſint.

Interdum aromaticum latet in oleo plantæ; interdum vero eſt ſal, accedens ad ſal alcali volatile, ſed quod non exſtinguitur ab acidis.

Medici quoque ad hunc titulum, ob ſimilitudinem virtutis, quædam ex animalibus referunt, ut ex Catalogo patet.

## (AROMATA.)

* *Cibo admiſcentur.*

Abrotanum.
acori rad.
agallochum lign.
agerati fol. flor.
alcannæ rad.
allii rad.
ammios ſem.
ammoniacum gum.
amomi ſem.
anethi ſemen.
angelicæ rad.
animæ gum.
* aniſi ſemen.
apii ſemen.
ariſtolochiæ rad.
ari rad.
aſa fœtida gum.
* aurantiorum cort. flor.
bdellium gum.
benzoin gum.
* betonicæ herb. flor.
borraginis flor.
bugloſſi flor.
calamintha.
calthæ flor.
camphora gum.
* cardamomi ſem.
carlinæ rad.
* carui ſem.
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
* caryophyllus aromaticus.
. . . . Plinii.
caſſiæ ligneæ cort.
* cataria.
celeri ſem.
cepa rad.
chamædrys
chamæmeli flor.
chamæpitys.
* cinamomi cort.
* citri cort. flor.
cochlearia
contrayervæ rad.
* coriandri ſem.
coſti rad.
* croci flor.
cubebæ ſem.
* cumini ſem.
curcumæ rad.
dauci ſem.
. . cretici ſem.
dictamnus
dornici rad.
elmi gum.
erucæ ſem.
eryſimi ſem.
eupatorium
filipendulæ rad.
* fœniculi ſem. rad.
. . dulcis ſem.
fraxinellæ rad.
fumaria bulboſa
galangæ majoris rad.
. . minoris rad.
galbanum gum.
gentianæ rad.
guajaci cort. lign.
hedera terreſtris
helenii rad.
hepatica nobilis
hyſſopus
Imperatoriæ rad.
iridis rad.
kermes grano.
labdanum gum.
lacca gum.
lavandulæ flor.
lauri bacc. fol.
liguſtici ſem. fol. rad.
lilii convallii flor.
limonum cort.
liquid. ambar balſ.
lupuli flor.
* majorana
malabathrum
marrubium
marum ſyriacum
maſtix gum.
matricaria
meliloti flor.
meliſſa
menta
meii rad.
* moſchata nux
myrtus
napi ſem.
naſturtii ſem.
nigellæ ſem.
ninzin rad.
* ocymi herb. ſem.
opobalſamum
opopanax gum.
* origanum
perſicaria acris
peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
* petroſelini rad. herb. ſem.
. . . macedonici ſem.
pini reſina
* piper
piperitis
polium
* porri rad.
pulegium
pyrethri rad.
raphani rad.
* roriſmarini herb. flor.
rubiæ rad.
ruta
ſabina
ſagapenum gum.
ſalviæ herb. flor.
ſantalum citrinum lign.

ſaſſafras lign.
* ſatureia
ſchœnanthi flor.
ſcordium
ſerpentariæ virgineanæ rad.
* ſerpillum
ſeſelios rad. ſem.
ſileris ſem.
* ſinapi ſem.
ſolidago ſaracenica
ſpicæ nardi celticæ rad.
. . . indicæ rad.
ſquillæ rad.
ſtœchados arabicæ flor.
ſtyrax calamita
ſtyrax liquida
tacamahaca gum.
tanaceti herb. flor.
thlaſpios ſem.
thus gum.
* thymus
tiliæ flor.
tolutanus balſ.
valerianæ rad.
veronica
vvinteranus cort.
zedoariæ rad. ſem.
* zinziberis rad.

## 10. BALSAMICA.

Balſamica proprie vocant Medici Lachrymas plantarum inflammabiles odoriferas mollioris conſiſtentiæ, qualia etiam balſami nomen retinent, forſan ex Balſami Veterum vel hodie Opobalſami nomine.

Ob virtutes condientes reliqua etiam medicamenta ſimili virtute prædita Balſamica vocant, etiamſi ſint plantæ ipſæ nullas Lachrymas ſtillantes.

Ut & multa Officinalia, præprimis ſi condiendi virtutem habent, & denſitatem Balſami Veterum, cum quadam ſuaveolentia, ita denominantur.

### CATALOGUS.

Aloe ſucc.
amomi ſem.
animi gum.
caranna gum.
cera.
ceraſi nucl.
chamæpitys
colophonia
copavva balſ.
copal gum.
cupreſſum
dictamnus
elmi gum.
fœniculi rad. ſem.
fraxinellæ rad.
galbanum gum.
hyperici herb. ſem.
kinkenemalo gum.
lacca gum.
ladanum gum.
liquid-ambar balſ.
maſtix gum.
menta
meii rad.
myrrha gum.
myrtus
ocimi herb. ſem.
opobalſamum
opoponax gum.
origanum
ovi vitellus
pareiræ bravæ rad.
peruvianus balſ.
peucedani rad.
pini reſina
pix
pulegium
reſina flava
roriſmarini herb. flor.
rutæ herb. ſem.
ſagapenum gum.
ſalſæparillæ rad.
ſanicula
ſtyrax calam.
ſuccinum
ſulphur
ſymphyti rad.
tacamahaca gum.
terebinthina balſ.
tolutanus balſ.
thus
valerianæ rad.

## 11. FARINOSA.

Quorum ſeminum pulpa in pulverem vel pollinem albicantem redacta fuit, pulvis ille proprie dicitur *Farina*: inde pulvis ſimilis ex nucibus vel radicibus confectus etiam vocatur Farina: quare omnia ex quibus talis Farina paratur, ad hunc titulum pertinent.

Semina hæc creſcentia in plantis ſpicatis graminifoliis dicuntur *Cerealia*. Quæ vero ſemina utcumque ſunt rotunda, capſula membranacea cincta, creſcentia; quam vocant ſiliquam, dicuntur *Leguminoſa*. Quæ autem cortice duriore vel pulpa tecta ſunt, vocantur *Nuces*. Præter hæc quædam ſemina nuda nulla viſibili capſula munita; atque quædam radices Farinam præbent,

quæ

quæ nomen proprium non acquirunt, niſi quod dicantur ſemina aut radices farinoſæ.

Multa ex his ad cibum adhibentur, alia ut exprimatur oleum, alia iterum ad emulſiones.

## (FARINOSA.)

Althææ rad.
amygdalæ
amylum
anonidis ſem.
avenæ ſem.
cannabis ſem.
caſtaneæ fruct.
ciceris ſem.
citrulli ſem.
cocos nux.
corylus nux.
cucumeris ſem.
cucurbitæ ſem.
cydoniæ ſem.
dactyli fruct.
fabarum ſem.
fagopyri ſem.
farina volatilis
fœni græci ſem.
hermodactyli rad.
Iridis rad. far.
lachrymæ jobi ſem.
lathyrus arvenſis repens radice tuberoſa.
lentis ſem.
lini ſem.
lithoſpermi ſem.
lupini ſem.
mays ſem.
meliloti ſem.
melonis ſem.
milii ſem.
orobi ſem.
oryzæ ſem.
panici ſem.
papaveris albi ſem.
phalaris
phaſeoli ſem.
pineæ nuces
piſtacia fruct.
piſi ſem.
ſalſæparillæ rad.
ſecalis ſem.
ſolanum tuberoſum radice eſculenta
ſpelta
ſymphyti rad.
tritici ſem.
xylon ſem.

## LEGUMINOSA.

Cicer
faba
fœnum græcum
lens
lupinus
melilotus.
orobus
phaſeolus
piſum

## CEREALIA.

Avena
oryza
panicum
ſecale
ſpelta
triticum.

## Ad CIBUM.

Amygdalæ
avena
cocos nux
corylus nux
fabæ
hordeum
ſecale
triticum
mays
ſolanum tuberoſum eſculenta rad.
lathyrus arvenſis repens radice tuberoſa
fagopyrum
caſtanea fruct.
piſum.

## OLEA BLANDA *præbent*.

Amygdalæ dulces
cocos nux
coryli nuces
juglandis nux
lini ſem.
milii ſem.
papaveris albi ſem.
tritici ſem.

Ad

## Ad EMULSIONES.

Amygdalæ
avena
hordeum
cucumeris ſem.
citrulli ſem.
melonis ſem.
papaveris albi ſem.
pineæ nuces.

## 12. FRUCTUS HORÆI.

Fructus edules ſucculenti, vel dulces, vel ſubacidi, ſapidi, hic intelliguntur, quorum ſuccus & tota pulpa eſt ſaponacea nitroſa. Hi tam pro cibo, quam medicamento adhibentur.

## CATALOGUS.

Ananas
armeniaca mala
aurantia mala
ceraſa
cinaræ capita
citria
cornus fructus
cucumeres
cucurbita
curaſſivoca mala
cydonia matura
ebuli baccæ
ficus
fraga
jujubæ
limonia dulcia
melones
melopepo
meſpila
mora
paſſulæ majores
. . . minores
perſica
poma
pruna
punica mala
pyra
ribeſia
rubi fruct.
rubi idæi fruct.
ſambuci bacc.
ſebeſten
tamarindus
vitis idææ fruct.
uvæ.

## 13. GUMMI.

Duplex & interdum triplex genus medicamentorum huc refertur: nam ſuccus vegetabilis lentus, tenax, concretus, in aqua integre ſolubilis, ad ignem liqueſcens, ſed non alens flammam, *Gummi* proprie dicitur: aliud autem partim ex ſimili materia, partim ex alia, quæ non ſolvitur in aqua, & quæ flammam alit, componitur, etiam *Gummi* vocatur, quamvis potius *Gummi reſina* vocandum. Interdum ipſa *reſina* vocantur gummi.

Ob maxime diſtantes virtutes in *Gummi Aromatica* & *Viſcoſa* ſunt diſtinguenda.

Inter *Gummi Aromatica* multa ſimul alvum laxant, ſi majori doſi exhibentur, alia vero perfectam vim purgantem poſſident, ut *Aloe*, quæ ſi adhibentur ad morbos, quibus præſcribuntur Gummi Aromatica, parva admodum doſi ſunt danda, ne alvum moveant.

## GUMMI AROMATICA.

Aloe
ambra gryſea
ammoniacum
animæ
aſa fœtida
bdellium
benzoin
camphora
caranna
copal
elemi
galbanum
guajacum
gutta gamba
juniperinum
lacca
ladanum
liquid-ambar
maſtix
myrrha
olibanum
opopanax
ſagapenum
ſtyrax calamita

ſuc-

| | | |
|---|---|---|
| ſuccinum | tacamahaca | thus. |

## GUMMI INSIPIDA VISCOSA.

| | | |
|---|---|---|
| Arabicum | ceraſorum | pyrorum. |
| armeniacum | pomorum | tragacantha |

## 14. OLEOSA.

Liquor vel maſſa magis conſiſtens, ad ignem liqueſcens, flammam alens, renuens cum aqua miſcelam, niſi interveniente ſapone, aut inducta mutatione per fermentationem aut putredinem, ex Plantis deſumtus, vocatur *Oleum*.

Referuntur huc quoque reliqua ex plantis deſumta, quæ multum hujus materiæ continent.

Ob vires autem differentes diſtingui debent in *Olea Mollia* & *Acria*.

In quibus Oleis vix ullus odor vel ſapor detegitur ſive ſint *expreſſa recentia* ſive *cocta* cum mollibus plantis, ſive *deſtillata*, ſive ex *Animalibus* deſumta huc pertinent.

In quibus vero vel *Expreſſis* vel *Deſtillatis* vel *Combuſtis*, vel ex Terra natis odor aut ſapor detegitur penetrans & acris, & quibus applicatis concitatur Dolor, Rubedo & Calor partis, ad *Oleoſa Acria* referuntur.

## OLEOSA.

| | | |
|---|---|---|
| Agallochum lign. | curcumæ rad. | olivarum oleum |
| althææ oleum | dictamnus | palmæ oleum |
| ambra gryſia | helenii rad. | papaveris albi ſem. |
| amygdalæ dulces | hyoſcyami ſem. | pineæ nuces |
| balani myreſicæ ol. expr. | iridis rad. | piſtacia fruct. |
| bdellium gum. | lauri bacc. | ſabina |
| benzoin gum. | lini oleum | ſolani oleum |
| bolus armena | manna ſucc. | ſulphur |
| caſcarillæ cort. | matricaria | tacamahaca gum. |
| cera | mucaginum oleum | trifolii odorati oleum |
| ceti ſperma | nigellæ ſem. | tritici oleum |
| | ninzin rad. | violarum oleum. |

## Olea MOLLIA.

### *Expreſſa Recentia.*

| | | |
|---|---|---|
| Amygdalarum dulcium | erucæ ſem. | papaveris albi ſem. |
| avellanæ nucis | hyoſcyami ſem. | pineæ nucis |
| balani myrepſicæ | juglandis nucis | piſtachiarum |
| citrulli ſeminis | lini ſeminis | raparum |
| cocos nucis | melonis ſem. | ſinapi ſem. |
| cucumeris ſem. | nigellæ ſem. | |
| | olivarum | |

## DESTILLATA.

Ceræ.

ANI-

## ANIMALIUM.

Butyrum recens inſulſum
jura pinguia
lactis cremor
medulla
ovorum
pinguedo.

## Cocta cum MOLLIBUS.

Althææ
borraginis
hyoſcyami
hyperici
liliorum alborum
malvæ
meliloti
mucaginum
nymphææ
roſarum
ſolani
ſymphyti
trifolii odorati
verbaſci
violarum.

## OLEA ACRIA PRESSA.

Amygdalarum amararum
laurinum
macis
nucis muriſticæ.

## OLEA ACRIA COMBUSTA.

Cornuum
de lateribus
lignorum
oſſium
ovorum
ſanguinis
urinæ.

## OLEA ACRIA NATIVA.

Copayvæ balſ.
hierochuntanus balſ.
meccæ balſ.
palmæ ol.
peruvianus balſ.
terebinthina
tolutanus balſ.

## OLEA ACRIA DESTILLATA.

Abſinthii
anethi
aniſi
aurantiorum cortic.
cajapœti
cardamomi
cardui
caryophylli aromatici
caſſiæ ligneæ
cedri
chamæmeli
cinamomi cort.
.... radic. (caphuræ)
citri cortic.
cochleariæ
cumini
fœniculi
guajaci lign.
hyſſopi
jaſmini
juniperi lign. & bacc.
kinkenemalo
lavandulæ
leviſtici
macis
meliſſæ
menthæ
moſchatæ nuc.
origani cretici
pulegii
rhodi lign.
roriſmarini
rutæ
ſabinæ
ſalviæ
ſaſſafras lign.
ſpicæ
ſuccini
tanaceti
terebinthinæ.

## 15. OLERA.

Vegetabilia ſucculenta, tenera, quæ ſunt eſui, conſtantia multo ſucco vegetabili cum ſale neutro ſolvente ſine acrimonia, plerumque alvum laxante, ad hunc titulum referuntur. Talia ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Acetoſa | cichorea omnia | portulaca |
| acetoſella | cinara | rapa |
| apium | daucus | ſcorzonera |
| atriplex | dens leonis | ſiſari rad. |
| beta | endivia | ſonchus |
| borrago | lactuca | ſpinachia |
| braſſica | lapathum | tragopogon |
| bugloſſa | malva | valeriana pratenſis. |
| chærophyllum | paſtinaca | |
| chondrilla | petroſelinum | |

## 16. RESINOSA.

Succi vegetabiles concreti ex oleo plantarum inſpiſſato, ad ignem liqueſcentes, in oleo ſolubiles, flamma comſumendi, aquæ non miſcibiles, in frigore tenaces vel friabiles, huc referuntur; ſuntque naturales vel arteficiales. Hi ſi liquidiores ſunt, vocantur *Balſa.ni*.

Inveniuntur tamen reſinæ arteficiales, quæ excipiuntur ex generali uſu horum medicamentorum, quia purgantem vim poſſident, ut Reſina *Jalapæ*, *Agarici*, *Scammonii*, & potius referuntur ad Alvum ducentia.

## CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Animæ gum. | lacca gum. | reſina flava |
| camphora gum. | ladanum gum. | ſagapenum gum. |
| caranna gum. | maſtix gum. | ſtyrax gum. |
| colophonia ſucc. | myrrha gum. | ſuccinum |
| copal gum. | olibanum gum. | ſulphur |
| elemi gum. | opobalſamum | tacamahaca gum. |
| galbanum gum. | opopanax gum. | terebinthina gum. |
| guajaci ligni reſina | peruvianus balſ. | thus gum. |
| hieruchuntanus balſ. | pini reſina | tolutanus balſ. |
| juniperi reſina | pix | |

## 17. SPIRITUOSA.

Quæ continent oleum vegetabile fermentatione attenuatum; vel tenue volatile, quod quintam Eſſentiam vocant, huc pertinent. Primum genus ſemper arteficiale, alterum vero ex odoriferis, volatilibus & aromaticis peti poteſt. Quia vero talia ſemper arte producuntur, ſimplicium Catalogus exhiberi nequit.

## 18. PLANTA.

Quæ corpora per radices extra ſuum corpus dimiſſas nutrimentum & incrementum capiunt, certæ ſedi affixa, niſi pauca, quæ in aqua natant,

*Plantæ* dicta, medicinæ magnam copiam materiæ ſuppeditant: complectuntur enim omnes herbas, arbores, frutices, & plantas lapideas hoc modo creſcentes. Sæpe hæc pars *Vegetans* vel *Vegetabile Regnum* a medicis vocatur. Conſtant *Aromaticis* 9. *Balſamicis* 10. *Farinoſis* 11. *Fructibus horæis* 12. *Gummoſis* 13. *Oleoſis* 14. *Oleribus* 15. *Reſinoſis* 16. *Spirituoſis* 17.

## PLANTARUM SUCCI NATURALES.

| | | |
|---|---|---|
| Acaciæ ſucc. | mel | ſaccharum |
| caſſiæ pulpa | opium | tamarindorum pulpa. |
| manna | pix | |

## ARTEFICIALES, (Pharm. Amſtel. ſect. 12.)

| | | |
|---|---|---|
| Abſinthii | chelidonii | peruviani cort. |
| agrimoniæ | cichorei | rhabarbari rad. |
| bardanæ rad. | dulcamaræ | ſalſæparillæ rad. |
| cardui benedicti | gentianæ rad. | taraxaci |
| centaurii minoris | hellebori nigri rad. | trifolii aquatici. |
| chamædryos | matricariæ | |
| chamæpityos | pareræ bravæ rad. | |

## SUCCI CUM SACCHARO VEL MELLE CONDITI.

*Syrupi omnes officinales ſimplices & compoſiti.*
*Rob, gelatina & mel ex fructibus horæis &c.* Quæ in officinis proſtant.

## 19. QUADRUPEDES.

Animalia quatuor pedibus incedentia, pulmonibus reſpirantia, cute piloſa tecta, ad hunc titulum pertinent: inter quæ excellunt biſulca & ſimul ruminantia. Nutritioni magis, quam curationi præbent materiem. Ad uſum medicum ſequentia animalia, vel quæ ex iſtis aſſumuntur, ut lac, bilis, pinguedo, viſcera, ſtercora, urina, ſufficiunt. In his diſtinguunt, num plantis, vel aliis animalibus ſaginantur, cum caro, urina, ſtercora, lac, in iis, quæ plantis nutriuntur, magis Aceſcentia ſint, ſed reliqua magis Alcaleſcentia. Pro materia medica inſerviunt

| | | |
|---|---|---|
| Agnus | caper | lepus |
| aper | capra | ovis |
| aries | capri-cerva | porcus |
| aſinus | caſtoreum | vacca |
| bos | cervus | vervex |
| bubulus | cuniculus | vitulus. |
| bufo | hœdus | |

## 20. AVES.

Animalia plumoſa, bipeda, alata, pulmonibus reſpirantia, roſtro duro corneo ſine dentibus munita, ovipara, *Aves* vocantur: magis cibo, quam medicinæ præbent materiem. Sequentia, vel eorum partes, ut caro, ſtercora, vel tota viventia diſſecta & applicata, pro uſu medico ſufficiunt: in his diſtinguunt num aliis animalibus, aut inſectis, an vero plantis nutriuntur, quia priora magis ſunt alcalia.

Alau-

| | | |
|---|---|---|
| Alauda | coturnium | perdix |
| anas | fringilla | turdus |
| anſer | gallina | vaſtratum. |
| columba | pardum | |
| columbus | paſſer | |

## 21. PISCES.

Animalia in aquis degentia, pinnis natantia, pedibus carentia, branchiis reſpirantia, plerumque ſquamis, raro pelle tecta, *Piſces* vocant. Horum caro eſt eſui, & ex eorum partibus varia conficiuntur medicamina: pro uſu medico ſequentes ſufficiunt.

| | | |
|---|---|---|
| Anas fluviatilis | gallinago major | pardalus |
| anſer marinus | . . . minor | phaſianus ſylveſtris |
| cygnus | merula | vanellus. |

## 22. INSECTA.

Animalia parva, exanguia, plerumque inciſuras habentia, vocantur *Inſecta*.

Omnia fere inſecta ſunt diuretica acria & ſæpe venenata, atque virtutibus multum differunt, quare vix aliquid de his generale poteſt dici.

## CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Apes | formicæ | muſcæ |
| aſelli | hirudines | vermes |
| cantharides | millepedes | vermes majoles. |
| cicadæ | | |

## 23. TESTACEA.

Vix differunt a terreis, niſi quod ſint pelles ſeu teſtæ animalium, uti

| | | |
|---|---|---|
| Cancrorum chelæ | oſtreorum conchæ | perlarum mater. |
| conchæ | ovorum teſtæ | |

## 24. BILIOSA.

Huc pertinent *Bilis* omnis ex quovis animali vel piſce, atque medicamenta ex plantis deſumta, quæ amarum & calidum ſaporem inſtar bilis habent.

## EX PLANTIS.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | carduus benedictus | colubrinum lign. |
| abſinthium | centaurium minus | tanacetum |
| ageratum | chamæmelum | trifolium aquaticum. |
| aloe | chelidonium majus | |

## EX ANIMALIBUS.

| | |
|---|---|
| Bilis | pedro del Porco. |

## 25. PINGUIA.

Eadem fere ſunt, quæ oleoſa, niſi quod petantur ex animalibus, & paulo ſint oleoſis denſiora.

Quæ pinguia ex plantis deſumuntur in oleoſorum titulo (14) recenſita ſunt. Ex animalibus ſequentia ſufficiunt.

| | | |
|---|---|---|
| Adeps | medulla | ſevum. |
| axungia | pinguedo | |

## 26. ANIMALIA.

Corpora viventia, intus radices, quibus nutrimentum capiunt, gerentia, certo loco ex ſua natura non affixa, ſi conchilia excipiamus, vocantur animalia. Diſtingui ſolent in *Quadrupedes* 19, *Aves* 20, *Piſces* 21, *Inſecta* 22, *Teſtacea* 23; & quia *Bilioſa* 24, & *Pinguia* 25, ex animalibus deſumuntur, præmittenda erant.

## ANIMALIUM.

| Partes acres | Partes molles. | |
|---|---|---|
| Caſtoreum | caro | ſanguis |
| moſchus | lac | ſerum ſanguinis |
| ſtercora | ſaliva | ovum. |
| urina | | |
| zibetha | | |

## 27. LAPIDES.

Corpora terrea, dura, concreta, malleis neque ductilia, neque extenſilia, vocantur *Lapides*, qui vel ſunt pretioſi, vel viliores: horum, qui in uſu medico adhibentur, catalogus habetur in Pharmacopœa Amſtelædamenſi.

## 28. METALLA.

Corpora ſolida foſſilia, ad validum ignem fluentia, in frigore coeuntia ſeu conſiſtentia, tunc vero malleis explananda vel ducenda, dicuntur *Metalla*.

Numerantur vulgo ſeptem, ut *Aurum*, *Mercurius*, *Plumbum*, *Argentum*, *Cuprum*, *Ferrum*, *Stannum*, ſecundum ſeriem ponderis. Additur Mercurius, etiamſi dictos characteres non habeat, ſed fluat inſtar liquorum.

Ex his Mercurius, Plumbum, Cuprum & Ferrum multa ſuggerunt medicamina; recenſuimus Mercurialia (4), reliquorum virtutes ex ipſo medicamento petendæ.

Omnia id commune habent, quod ſint ponderoſiſſima, acribus menſtruis ſolvenda, tenacia, vix actione vitæ ſuperanda, quare non tam tuta ſunt, uti multi prædicant; ſed ſunt efficacia in obſtinatiſſimis morbis debellandis.

Spe-

Speciales autem vires ex ſuis propriis titulis quærendæ.

## 29. SALIA.

Corpora ſapida, in aqua ſolubilia, in Cryſtallos coagulabilia, dicuntur *Sales*, ſeu *Salia*.

Statuuntur triplicia; alcalia nempe, acida & neutra: duo priora genera ſub alcali vel acidi titulo recitari ſolent; neutra vero quædam ſunt naturalia, quædam vero arteficialia.

NEUTRA NATURALIA. NEUTRA ARTEFICIALIA.

Ammoniacum
borax
gemmæ ad ℨj.
marinum ad ℨij.
nitrum

medicatus Tachenii
nitrum regeneratum
tartarus tartariſatus

tartarus regeneratus
polychreſtus
prunellæ.

## 30. SULPHUREA.

Quæ ad ignem liqueſcunt, flammam alunt, & ab ea conſumuntur, ad hunc titulum pertinent, quamvis alia materia oleoſa vel pingui conficiuntur, modo ſulphuris virtutem fere poſſideant.

## 31. TERREA.

Medicamenta arida, friabilia, opaca, neque ductilia, neque aquæ miſcibilia, huc pertinent. Petuntur ex *Lapidibus* 27. *Teſtaceis* 23.

## CATALOGUS.

Antimonium
argilla
bezoar lapis
bolus Armena
calaminaris lapis
cancrorum oculi, chelæ.
cervi cornu uſtum
conchœ uſtæ
corallia
creta alba
cryſtallus montana
granatus lapis

hæmatites lapis
hyacinthus lapis
judaicus lapis
lemnia terra
magnes lapis
martis vitriolum
oſſa uſta
oſteocolla
ovorum teſtæ
perlæ
perlarum mater
pompholix

pumex lapis
rubinus lapis
ſapphirus lapis
ſardus lapis
ſepiæ os
ſmaragdus lapis
ſpongiæ lapis
terra ſigillata
tutia
vitrioli colcothar
unicornu foſſile.

## 32. SEMI-METALLA.

Corpora dura, foſſilia, partim ex metallo, partim lapide, terra, vel aliis mineralibus concreta, *Semi-metalla* dicuntur.

Multa horum citata ſunt in *Terreis* 31.

## 35. MINERALIA.

Corpora ſibi ſimilia in omni parte, ut viſus hucuſque inter vaſa adferentia,

tia, ſi adeſſent, & reliqua nullam differentiam invenerit, nata in Telluris gremio vel ſuperficie, *Mineralia* dicuntur.

In his multa diſtinguunt, uti *Metalla* 28, *Lapides* 27, *Semi-metalla* 32, *Sales* 29, *Terrea* 31, *Sulphurea* 30, *Aquoſa* 3; quæ ſuis propriis titulis ſunt proponenda, cum viribus maxime diſcrepent. Id autem fere omnia habent, quod ſuppeditant draſtica medicamina, quare cum ſumma prudentia & cautela adhibenda ſunt; & magis ad externum, quam internum uſum conducunt.

## CAPUT TERTIUM.

Ex virtute generali inſita, quæ nomen accipiunt.

*Recitantur quoque in Materia Medica & Curationibus morborum nonnulli medicamentorum Tituli, qui exprimunt ſpecialem inſitam virtutem in quibuſdam medicamentis, quare iſtos omnes ad hoc Caput retuli.*

### 34. ACESCENTIA.

QUæ ſponte, vel levi fermentatione abeunt in acidum, dum vero antea vix ulla aciditatis indicia præbebant, vel quæ lenem aciditatem poſſident, ad hunc titulum referuntur, petuntur vero ex *Fructibus Horæis* 12. *Farinoſis* 11, *Plantarum Succis* 18. *Oleribus* 15. *Vinoſis* 8.

### CATALOGUS.

Amygdalæ
amylum
ananas fruct.
armeniaca mala
atriplex
avena
aurantia mala
beta
borrago
braſſica
bulbocaſtana
cannabis ſem.
caſſiæ pulpa
caſtanea
cereviſia
ceraſa
chærophyllum
chondrilla
cichoreum
cinara
citria
citrulli ſem.
cornus fruct.
cucumeris fruct. ſem.
cucurbitæ fruct. ſem.
cydoniorum fruct. ſem.
dauci ſem.
decocta vegetabilium
dens leonis
ebuli fruct.
endivia
faba
fagopyrum
ficus
fœni græci ſem.
fraga
hermodactylus
hordeum
jujubæ
lac animalium
lactuca
limon
lini ſem.
lupinus
manna
mays
mel
melonis fruct. ſem.
melopepo
meſpila
milium
mora
orobi ſem.
oryza
panicum
paſſulæ majores
.... minores
paſtinaca
perſica
petroſelinum
piſtaciæ
poma
portulaca
pruna
punica mala
pyra
rapa
ribeſia
roſæ caninæ fruct.
rubi fruct.
rubi idæi fruct.
ſuccharum
ſambuci baccæ
ſcorzonera
ſebeſten
ſecale
ſiliquæ dulces
ſpelta
ſpinachiæ
tamarindi fruct.
tragopogon rad.

tri-

| | | |
|---|---|---|
| triticum | vinum | xylon ſem. |
| valeriana pratenſis | uvæ | |

## 35. ACIDA.

Sapore acido prædita, quæque colorem violaceum florum Violarum & Borraginis commutant in rubedinem, & effervescunt cum alcalicis, ad hunc Titulum referenda ſunt.

Quæ habentur ex mineralibus fortiora ſunt & fixiora; ex vegetalibus vero debiliora & volatilia, atque majori ignis vi agitata acidum exuunt, & in amaritudinem, vel in vappam convertuntur.

In multis horum varia præterea eſt virtus, ita ut vix aliquid generale ex his deduci poſſit.

Fiunt etiam ex *Aceſcentibus* fermentando 34.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Acaciæ ſucc. | .. defloratum | pyra acida |
| acetum | .. ebutyratum | querni ſpiritus |
| aceti fœx | lactis flos aceſcens | ribes fructus |
| .. ſpiritus | .. ſerum aceſcens | ſulphuris ſpiritus |
| acetoſa | limonum ſuccus | tamarindi fruct. |
| acetoſella | mala acida | tartarus |
| aurantiorum ſucc. | marini ſalis ſpiritus | tartari cremor |
| berberis ſucc. | marinum ſal acidum factum | vinum Rhenanum |
| ceraſa acida | nitri ſpiritus | vitriolum |
| citri ſuccus | nitrum nitratum | vitrioli ſpiritus |
| guajaci ſpiritus | omphacium | uvarum ſucc. |
| juniperi ſpiritus | pruna acida | |
| lac aceſcens | | |

## 36. ALCALESCENTIA.

Medicamenta, in quibus non omnes characteres alcali inveniuntur, ſed virtutes quædam prope ad alcali accedentes; ut & ea, quæ per ſpontaneam mutationem vel leve artificium, alcali præbent, ad hunc Titulum conferuntur.

Quædam ex his, dum teruntur, aliquid acre volatile ſpirant, oculos & nares feriens, atque lachrymas excutiens, quaſi eſſet alcali volatile, a quo tamen in reliquis notionibus diſcrepat.

Quædam vero penetrantiſſimum & acerrimum, os & fauces adurentem ſaporem præbent, cum vero in reliquis ab alcali diſtent.

Nonnulla ſponte, vel levi artificio alcali volatile putrefactum præbent.

Petuntur quoque ex *Inſectis acribus* 22. *Oleis acribus* 14. *Animalibus* 26. *Aloeticis* 1.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Alliaria | Arum | Bilis |
| allium | aſparagus | braſſica |
| armoracia | atriplex olida | bryonia |
| alyſſon | barbaria | bunium |

ca-

| | | |
|---|---|---|
| Camelina | eſula | perſicaria acris |
| cantharides | eupatorium Cannabinum | piper |
| capſicum | gratiola | porrum |
| cardamine | hirci ſanguis | pyrethrum |
| cardiaca | hirudines | raphanus ruſticanus |
| cataputia | iberis | ruta |
| centaurium minus | laureola | ſabina |
| cepa | lepidium | ſatureia |
| chamædrys | millepedes | ſcylla |
| chelidonium majus | muſcæ | ſedum acre vermiculatum |
| cochlearia | napus | ſinapi |
| dentillaria | naſturtium | thlaſpi |
| digitalis | nerium | vermes |
| eryſimum | ovi vitellus | victorialis. |

## 37. ALCALIA.

Quæ medicamenta guſtu referunt urinam, commutant colorem florum Roſarum in livorem, & efferveſcunt cum acidis, ſub hoc Titulo complecti debent.

Duplex horum eſt genus: alterum fixum & ſemper artificiale ex Nitro, Tartaro, vel ſale vegetabili, tortura ignis paratum: alterum volatile, quod deſtillando ex partibus animalium, vel ex vegetabilibus putrefactis prolicitur.

Fiunt alcalia ex *Alcaleſcentibus corruptis* 36. *Plantis igne crematis* 18. *Animalibus putrefactis vel deſtillatis* 26.

### FIXA.

| | | |
|---|---|---|
| Sal Abſinthii | geniſtæ | cornu cervi |
| artemiſiæ | ſcordii | oſſium |
| cardui benedicti | tartari | ſanguinis Humani |
| centuarii | VOLATILIA. | ſuccini |
| cinerum clavellatorum | ſal Ammoniacus deſtillatus | viperarum |
| ſabarum ſtipitum | | urinæ. |

## 38. EMPLASTICA.

Medicamenta tenacia, glutinoſa, pinguia, mucilaginoſa, quæ applicata corpori tenaciter adhærent, ejuſque meatus obſtipant, huc pertinent.

Petuntur etiam ex *Farinoſis* 11. *Gummi inſipidis* 13. *Oleis mollibus* 14. *Pinguibus* 25.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Adeps | creta | liliorum rad. |
| althææ rad. fol. | cydoniorum ſem. | lupinorum ſem. far. |
| amylum | fabarum farina | malvæ fol. rad. |
| arabicum gum. | farina volatilis | maſtix |
| bolus Armena | ficus | medulla |
| butyrum recens | fœni-græci ſem. | mumia |
| calaminaris lapis | granatorum flor. | œſypus |
| cera | gypſum | ovi albumen |

pa-

parietaria
pentaphyllum
pili Leporis
piloſellæ fol.
pineorum nuclei
plantaginis fol.
portulacæ fol.
roſa rubra
ſanguis Draconis
ſarcocolla
ſymphyti rad.
terra ſigillata
thus
tormentilla
tragacantha gum.
tritici far.

## 39. FIXA.

Materies medica evacuationem compeſcens vel ſiſtens ex variis Titulis peti poteſt, ut ex *Opiatis* (6), *Papaverinis* (7), *Teſtaceis* (23), *Terreis* (31), *Emplaſticis* (38), *Auſteris* (60), *Comprimentibus* (61), *Adſtringentibus* (68), *Incraſſantibus* (78, *Robcrantibus* (122), *Motum minuentibus* (125), *Obſtruentibus* (128), *Anodynis* (135), *Somniferis* (143), quorum quædam in ſequenti Catalogo.

| | | |
|---|---|---|
| Acaciæ fol. ſucc. | cera | fabarum farina |
| aloe | corallium | farina volatilis |
| arabicum gum. | creta | hæmatites lap. |
| auriculæ judæ | cupreſſi nux | hominis cranii uſnea |
| burſa paſtoris | dactyli | hypociſtidis ſucc. |
| caſtaneorum cort. interior | ebur | lingua cervina |
| | equiſetum | lithargyrium |

lycoperdon
magnes lap.
meſpili fruct. recens
mumia perſica
muſcus pulmonaris
myrtus
ovi album, & vitellus coctus
papaveris albi capita
plumbi ſaccharum
punicæ cort. flor.
quercus cort. fol.
quinquefolii rad.
rhois ſem.
ſanguis draconis
ſardus lap.
ſepiæ os
ſmaragdus lap.
ſophiæ ſem.
ſpongia
ſuccinum
tamariſci cort.
terra ſigillata
thus
vitriolum.

## 206. SUPPRESSIO.

In viventibus ſanis continua fit ſegregatio inutilium a communi maſſa, quæ inutilia repetita corporis actione facta, naturaliter per ſua emunctoria ſunt eliminanda; in morboſis autem morbi materia vel per naturalia, vel præternaturalia, aut artificioſa emunctoria eſt educenda; ſi evacuatio hæc non peragitur, quod a variis cauſis dependet, medicamentorum, & auxiliorum reliquorum ope eſt perficienda, ſed quia hæc tam multiplicia ſunt, ea in Catalogo proponi nequeunt.

## 207. TRANSUDATIO.

Exſudat vel per poros, vel oſcula vaſorum, vel interſtitia membranarum, humor majori copia, ex Tenuitate, Laxatis partibus, & raro ex majori impetu; quare materies medica ex iis, quæ tenuem humorem *Incraſſant* (78), vel laxatas firmas partes *Adſtringunt* (68), aut *Roborant* (123), deſumi poteſt; ſi autem per motum majorem fiat, auxilia ex *Motum minuentibus* (125) peti poſſunt.

## 208. ERROR LOCI.

Quivis humores ex naturali loco in alienum truſi, ut globuli rubri ſanguinis in vaſcula liquori pellucido vehendo deſtinata, ſeroſi globuli in Lymphatica, reductionem exigunt, quod fit *Evacuatione* (98), ſine ſtimulo: vel collecti, ruptis vaſis, ut ſanguis, urina, alvi excrementa, bilis, eductionem exigunt per *Evacuantia* (98), plerumque artificialia, dein quæ aperturas *Conſolidant* (154).

# CAPUT QUARTUM.

## Firmarum partium morbi.

*Duplex morborum genus in partibus firmis occurrit; alterum, quod ex vitæ actione dependet, infra exponendum; alterum, quod cum aliis rebus non animatis commune eſt: ex hoc eorum morborum, qui ad Cohærentiam, Contractionem, & Elaſticitatem referuntur, materiem medicam delibabo; materies autem medica reliquorum, qui a cauſa cognita externa inferuntur ut Vulnus, Uſtio, & ſimiles, infra proponetur.*

## 209. LAXITAS.

Facilior Elongatio & flexura ſine ruptione, quam requiritur in ſanitate, remanente debili renixu accurtationis, exigit *Siccantia* (66), *Adſtringentia*

*tia* (68), *Stimulantia* (117), *Roborantia* (123), cum adductione mechanica. Adſtringentia autem ſola interne data ſuffocarent, quare miſcenda ſemper ſtimulantibus, ut conſervetur motus in parte laxata.

Partes autem quædam corporis, ſpecialia ex generali Titulo exigunt, quorum brevem propterea adjecimus Catalogum.

## CATALOGUS.

Abſinthium vulgare
. . . . Romanum
acaciæ fol. ſucc.
acetoſæ rad.
acori rad.
adiantum
ærugo
æs uſtum
agallochum lign.
agni caſti ſem.
agrimonia
alchimilla
alkannæ rad.
allii rad.
aloe
alumen rupeum
ammios ſem.
ammoniacum gum.
amomi ſem.
amylum
anagallis
anethi herb. ſem.
angelicæ rad. ſem.
animæ gum.
aniſi ſem.
anonidis rad.
arbuti fruct.
ari rad.
armenius lap.
ariſtolochiæ fabaceæ rad.
artemiſia
aſa fœtida
aſplenium
atriplex
aurantiorum cort.
bdellium gum.
bellis minor
benzoin gum.
biſtortæ rad.
bolus armena
burſa paſtoris
calaminaris lap.
calamintha
calthæ flor.
camphora gum.
cancrorum oculi
capparis radic. cort.
caranna gum.
cardamomum
carduus benedictus
carlinæ rad.
carui ſem.
caryophyllatæ rad.
caryophylli aromatici
caryophylli Plinii
caſcarillæ cort.
caſſia lignea
caſtoreum
centaurium minus
cepæ rad.
cervi cornu uſtum
ceruſſa
chamædrys
chelidonii majoris rad.
cimolia terra
cinamomum
citri cort.
cochlearia
colophonia
contrayervæ rad.
corallina
corallium
corni fruct.
coſti rad.
creta
croci flor.
cubebæ ſem.
cynogloſſi rad.
cupreſſi nux
cuſcuta
cyani flor.
cydoniorum ſem.
cyperi rad.
dictamnus
ebur
equiſetum
erucæ ſem.
eupatorium
euphorbium
euphraſia
ferrum
filipendulæ rad.
filix
fragaria
fraxini cort.
fumaria
galangæ minoris rad.
gentianæ rad.
geranium robertianum
guajaci lign. cort.
hæmatites lap.
hedera terreſtris
helenii rad.
hellebori nigri rad.
hominis cranii uſnea
hypociſtidis ſucc.
hyſſopus
japonica terra
imperatoriæ rad.
iridis rad.
juniperi bacc. lign.
kermes grana
lacca gum.
ladanum gum.
lapathi rad.
lappæ rad.
lavandula
lemnia terra
lenticula paluſtris
liguſtrum
lilii convallii flor.
lingua cervina
liquid-ambar
lithargyrium
lupuli flor.
magnes lap.
majorana
malabathrum
marrubium
marum Syriacum
maſtichinum lign.
maſtix
matricaria
mechoacannæ rad.
menta

meii rad.
millefolium
moſchata nux
mumia perſica
muſcus quercinus
muſcus pulmonaris
myrobalani
myrtus
napi ſem.
naſturtii ſem.
nicotiana
nigellæ ſem.
ocymum
oleris atri ſem. rad.
origanum
oſmundæ rad.
oſſa calcinata
oſtreorum teſtæ
ovi albumen
pæoniæ rad.
paradiſi grana
pareiræ bravæ rad.
pedro del Porco
perlæ, & perlarum mater
perſicatia
peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
petroleum
petroſelini Macedonici ſem.
phellandrium
piloſella
pimpinella
pini cort.
piper
pix
plantago
plumbum
polygonum
polypodii rad.
polytrichon
pompholix
pſylli ſem.
pulegium
pulmonaria
pumex lapis
punicæ cort. flor.
pyrethri rad.
quercus fol.
quinquefolii rad.
raphanus ruſticanus
reſina flava
rhabarbarum
rhois ſemen
roſæ rubræ
. . caninæ fruct.
roſmarinus
rubiæ rad.
ruſci rad. ſem.
ruta
ruta muraria
ſabina
ſagapenum gum.
ſalvia
ſanguis draconis
ſanicula
ſantalum rubrum, & citrinum
ſapphirus lap.
ſarcocolla
ſardus lap.
ſaſſafras lign.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcabioſa
ſcammonium
ſepiæ os
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſeſelios ſem.
ſileris ſem.
ſolidago ſaracenica
ſophiæ ſem.
ſpicæ nardi celticæ rad.
. . . . indicæ rad.
ſpongiæ lap
ſtanni limatura
ſtœchados flor.
ſtyrax calamita
. . . liquida
ſuccinum
ſymphyti rad.
tacamahaca gum.
tamariſci cort.
terræ oleum
terra ſigillata
thus
thymus
tolutanus balſ.
tormentillæ rad.
trifolium aquaticum
tutia
verbena
veronica
vinca pervinca
virga aurea
viſcum
vitriolum
vvinteranus cort.
xylon ſem.
zedoariæ rad.
zingiberis rad.
ſchœnanthi flor.
ſcordium

## VENTRICULI LAXITAS.

Acacia
capparis radic. cort.
carduus benedictus
caryophyllus aromaticus
cinamomum
coriandri ſem.
cydoniorum ſem.
cyperi rad.
japonica terra
imperatoriæ rad.
majorana
menta
ſaſſafras lign.
ſchœnanthi flor.
ſeſelios maſſilienſis ſem.
ſpica nardi celtica
ſuccinum
vvinteranus cort.

IN-

## INTESTINORUM LAXITAS.

Acacia
acori rad.
agallochum lign.
angelicæ rad.
cinamomum
galangæ majoris rad.
. . . minoris rad.
imperatoriæ rad.
moſchata nux
vvinteranus cort.

## PULMONIS LAXITAS.

Benzoin gum.
croci flor.
hedera terreſtris
helenii rad.
lappæ rad.
lingua cervina
marrubium
maſtix gum.
muſcus pulmonaris
pimpinella
polytrichon
pulmonaria
roſæ rubræ
ſtyrax calamita
tolutanus balſ.

## MAMMARUM LAXITAS.

Alchimilla
capparis radic. cort.
cupreſſi nux
filix
fraxini cort.
marrubium
muſcus quercinus
myrtus
oſmunda.

## NERVORUM LAXITAS.

Angelicæ rad.
animæ gum.
benzoin gum.
calamintha
caryophyllatæ rad.
cubebæ ſem.
dictamnus
galangæ minoris rad.
helenii rad.
imperatoriæ rad.
ladanum gum.
lavandula
liquid-ambar
majorana
marum ſyriacum
mentha
roſmarinus
ſchœnanthi flor.

## OCULORUM LAXITAS.

Alumen
amylum
cydoniorum ſem.
euphraſia
ovi albumen
tragacanthum gum.
tutia.

## GINGIVARUM LAXITAS.

Alkannæ rad.
alumen uſtum
biſtortæ rad.
maſtichinum lign.
myrtus
ſalvia
ſepiæ os
tamariſci cort.

## FAUCIUM LAXITAS.

Acacia
alumen rupeum
lingua cervina
meſpili fruct. recent.
myrtus
piloſella
rhois ſem.
roſæ rubræ.

## UVULÆ LAXITAS.

Acacia
alumen uſtum
lingua cervina
myrtus
piloſella
punicæ cort. flor.

rhois ſem.
roſæ rubræ
tamariſci cort.

## 210. RIGIDITAS.

Si partes flexiles & extenſiles in ſtatu ſano, per aliquam cauſam ita mutantur, ut flexura & extenſio non, vel non ſatis facile, fieri poſſit, morbus ille, qui *Rigiditas* appellatur, curandus *Aquoſis* 3. *Oleis mollibus* 14. *Pinguibus* 25. *Gelatinoſis* 40. *Mucilaginoſis* 43. *Humectantibus* 65. *Emollientibus* 70. *Laxantibus* 71. atque frequenti & lenta commotione iſtius partis rigidæ: maxime convenit, ſi applicata medicamenta non facile exhalant, ne pars arida relicta deinceps magis rigeat.

Si defectus fit in ſequenti Catalogo, citati Tituli conſuli poſſunt.

### CATALOGUS.

Althææ rad. fol. flor.
amygdalarum dulcium ol.
aſparagi turiones
borraginis flor.
bugloſſi flor.
cannabis ol.
cera
ceræ oleum
ceti ſperma
glycyrrhizæ rad.
jujubæ
lilii rad. fol.
lini ol., & farina
malva
medulla
mercurialis
papaveris albi fol. ſem.
paſſulæ majores
. . . minores
pinguedo
portulaca
pulmonaria
ſebeſten
tiliæ cort.
verbaſcum
violæ fol.

## 211. DEBILITAS COHÆRENTIÆ.

Tam parva inter partes firmas cohærendi potentia, quæ ferre nequit ſolitam vel paulo majorem actionem, quin deſtruatur, ex defectu naturalis pinguedinis nata, ad curationem exigit *Oleoſa mollia* 14. & *Pinguia* 25.

Ex ariditate facilius rumpentia ſolida requirunt *Gelatinoſa* 40. *Mucilaginoſa* 43. *Humectantia* 65.

Sed ob abundantiam humiditatis facilius ſeparandæ partes *Siccis* 45. *Siccantibus* 66. *Adſtringentibus* 68. *Compingentibus* 97. *Abſorbentibus* 100. & *Roborantibus* 123. firmantur.

Omnem ruptionem ex debilitate cohærentiæ præveniunt *Suſtentantia* 64.

Materiem medicam varia hæc medicamenta continentem ſequens exhibet

### CATALOGUS.

Abutilon
acacia
althææ rad. fol.
arabicum gum.
biſtortæ rad.
bolus armena
borrago
bugloſſum
cannabis ſem.
capparis radic. cort.
caranna gum.
ceraſorum gum.
ceruſſa
ceti ſperma
cinamomum
colophonia
corallium
creta alba
cupreſſi nux
cydoniorum ſem.
cynogloſſum
filicis rad.
filipendulæ rad.
fraxini cort.
galangæ minoris rad.
hæmatites lap.
hyoſcyamus
hypociſtidis ſucc.
ichthyocolla
lappæ rad.
lemnia terra
lilii rad. fol.
lingua cervina
lini ſem. ol.
lithargyrium
malvæ rad. fol. flor.
maſtix gum.
minium
muſcus quercinus

myr-

myrtus
oſſa calcinata
peruvianus cort.
pimpinella
plumbum
pompholix
populi gemmæ
pſyllii ſem.
punicæ cort. flor.
roſæ rubræ
ruſci rad. ſem.
ſanguis draconis
ſantalum rubrum lign.
ſarcocolla
ſcabioſa
ſimæ rubæ cort.
ſtyrax gum.
ſymphyti rad.
telephium
terra ſigillata
thus
tiliæ cort.
tormentillæ rad.
tragacanthum gum.
tuſſilago
verbaſcum
xylon ſem.

## 212. FRAGILITAS.

Si partes firmæ rigidæ tantum flecti aut extendi non poſſint, ut debet fieri in ſanitate, quin frangantur, uſu *Olei mollioris* 14. *Pinguedinis* 25. *Gelatinoſorum* 40. *Mucilaginoſorum* 43. *Emollientium* 70. flexiles redduntur & tenaces.

### CATALOGUS.

Adeps
althææ rad. ol.
amygdalæ dulces, & earum ol.
arabicum gum.
atriplex
axungia
balani myrepſicæ ol. expr.
borrago
bugloſſum
butyrum
cannabis ſem. ol.
cera, & ceræ ol.
ceti ſperma
cynogloſſum
elemi gum.
ficus
fœniculi rad.
galbanum gum.
glycyrrhizæ rad.
hyoſcyami ol.
lactis cremor
lauri ol.
lilii albi rad. & ol.
lini ol.
malvæ rad. fol. flor.
medulla animalium
mercurialis
mucaginum ol.
œſypus
olivarum ol.
ovi vitellus
palmæ ol.
papaveris albi ſem. ol.
pineæ nuces
pinguedo animalium
populi gemmæ
ſcabioſa
ſolani ol.
ſymphyti rad.
tacamahaca gum.
telephium
terebinthina
tiliæ cort.
trifolii odorati ol.
tritici ol.
verbaſci fol. flor. ol.
violarum ol.
xylon ſem.

## 213. CONTRACTILITAS MAJOR.

Partes firmæ majori potentia cohærendi donatæ, quam ad ſanitatem requiritur, *Humectantibus* 65. *Emollientibus* 70. *Laxantibus* 71. *Evacuantibus ſine ſtimulo* 98. & *Frigefacientibus* 126. ad juſtam contractionem reducuntur.

Quæ vero contractio validior ab influxu ſpirituum oritur, quam vocant *Contractionem Nervorum*, ad hunc Titulum non pertinet, ſed ad Convulſionem, vel ad Spaſmum.

### CATALOGUS.

Althææ rad. fol.
amygdalæ dulces, & earum ol.
aſparagi turiones
atriplex
borraginis fol. flor.
bugloſſi flor.
cannabis ol.
cera
ceti ſperma
ficus
fœniculi rad.
glycyrrhizæ rad.
hyoſcyami fol. ſem. ol.
lactis cremor

li-

liliorum rad. fol.
lini ol.
malvæ fol. flor.
medulla animalium
mercurialis
palmæ ol.
papaveris albi fol. ſem.
pinguedo animalium
populi gemmæ
portulaca
ſolani ol.
tiliæ cort.
verbaſci fol. flor. ol.
violæ fol. ol.

## 214. FLACIDÆ PARTES.

Tonus contractilitatis in partibus firmis ita exſtinctus, ut fere nihil operetur, per *Adſtringentia* 68. *Stimulantia* 117. *Calefacientia* 120. & *Roborantia* 123. ſenſim recuperatur. Qualia ſequens tradit

### CATALOGUS.

Acaciæ ſucc.
acori rad.
agrimonia
alchimilla
angelicæ rad.
ariſtolochiæ rad.
benzoin gum.
biſtortæ rad.
calamintha
capparis radic. cort.
caryophyllatæ rad.
caryophylli Plinii
centaurium minus
cinamomum
coſti rad.
cubebæ ſem.
cupreſſi nux
cydoniorum ſem.
cyperi rad.
dictamnus
eupatorium
euphraſia
ferrum
filipendulæ rad.
filix
fumaria
galangæ minoris rad.
gentianæ rad.
hæmatites lap.
helenii rad.
hypociſtidis ſucc.
hyſſopus
japonica terra
imperatoriæ rad.
lacca gum.
ladanum gum.
lavandula
majorana
marrubium
marum
maſtix gum.
matricaria
menta
moſchata nux
myrtus
origanum
oſmunda
peruvianus balſ.
pimpinella
pulegium
pulmonaria
punicæ cort. flor.
rhois ſem.
roſæ rubræ
roſmarinus
rubiæ rad.
ruſci rad. ſem.
ſabina
ſalvia
ſanguis draconis
ſaſſafras lign.
ſeſelios ſem.
ſpica nardi celtica
. . . . indica
ſtyrax gum.
tamariſci cort.
thus
tormentillæ rad.
virga aurea
vvinteranus cort.

## 215. ELASTICITAS.

Promptior & potentior reſtitutio ſeu reactio in priſtinum ſtatum in partibus firmis, ex quo per aliquam cauſam hæ partes fuere detruſæ, quæ reactio non dependet a motu vitali earum partium, minui ſolet *Humectantibu:* 65. *Emollientibus* 70. *Laxantibus* 71. *Evacuantibus* 98. & *Frigefacientibus* 126. ex quibus, vel ex curatione *Contractilitatis* 213. materies medica deſumi poteſt.

## 216. INERTIA.

Minor potentia agendi ex Elaſticitate naturali, & fibris inſita, atque Infirmior actio motus vitalis in partibus firmis viventibus, augetur & curatur *Aromaticis* 9. *Volatilibus* 46. *Acribus* 47. *Siccantibus* 66. *Diſcutientibus* 101. *Moventibus* 116. *Stimulantibus* 117. *Calefacientibus* 120. & *Roborantibus* 123. Conſuli quoque poteſt curatio *Laxitatis* 209.

CA-

## CATALOGUS.

Abſinthium Romanum
acori rad.
allii rad.
aloe
alumen plumoſum
ammios ſem.
ammoniaci ſalis ſpir.
amomi ſem.
anethi herb. ſem.
angelicæ rad. ſem.
animæ gum.
aniſi ſem.
ariſtolochiæ cavæ rad.
. . . . fabaceæ rad.
artemiſia
bdellium gum.
betonica
calamintha
calthæ flor.
capparis radic. cort.
carui ſem.
caryophylli Plinii
caſcarillæ cort.
caſſia lignea
caſtoreum
centaurium minus
chamædrys
chelidonii majoris rad.
chenopodium
cinamomum
cochlearia
colocynthis
colophonia
cubebæ ſem.
cupreſſi nux
cyani flor.
cyclaminis rad.
cyperi rad.
dauci ſem.
. . cretici ſem.
dictamnus
erucæ ſem.
eryſimum
euphorbium
euphraſia
fabæ ignatianæ
ferrum
filipendulæ rad.
filix
fuligo
galangæ majoris, & minoris rad.
geniſtæ ſem.
gentianæ rad.
geranium robertianum
hedera arborea
helenii rad.
hellebori nigri rad.
hermodactylus
hypericum
hyſſopus
jalapæ rad.
imperatoriæ rad.
juniperi bacc. ol.
lavandula
leucoji flor.
liguſtici rad. ſem.
liguſtrum
lilii convallii flor.
liquid-ambar
lupuli flor.
majorana
malabathrum
marrubium
marum ſyriacum
maſtix gum.
matricaria
mechoacannæ rad.
meliſſa
menta
meii rad.
millepedes
moſchata nux
moſchus
napi ſem.
naſturtium
nicotiana
nigellæ ſem.
ocymum
oleris atri ſem. rad.
origanum
oſmunda
pæoniæ rad.
paradiſi grana
pareiræ bravæ rad.
pedro del porco
perſicaria
peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
petroleum
petroſelini Macedonici ſem.
peucedani rad.
piper
pix
pyrethri rad.
raphanus ruſticanus
rhamni bacc. ſyrp.
roſmarinus
ruſci rad. ſem.
ruta
ruta muraria
ſabina
ſalvia
ſanicula
ſantalum rubrum lign.
ſaponaria
ſaſſafras lign.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcabioſa
ſcammonium
ſchœnanthi flor.
ſcordium
ſerpentariæ virginianæ rad.
ſeſelios ſem.
ſileris ſem.
ſinapi ſem.
ſoldanella
ſolidago ſaracenica
ſophiæ ſem.
ſpica nardi utraque
ſtœchados flor.
ſtyrax calamita
. . . liquida
ſuccinum
tacamahaca gum.
tamariſci cort.
terræ oleum
thlaſpios ſem.
thus
thymus
tolutanus balſ.
trifolium aquaticum
verbena
veronica
vinca pervinca
virga aurea
vvinteranus cort.

# CAPUT QUINTUM.

## Motus viventium morbi.

*Motus in viventibus, quia duobus diſtinctis peragitur Organis, nempe Vitalibus & Animalibus, triplex genus morborum in hoc Capite occurrit.*

I. *In motu Vitali, ut eſt* Motus Auctus, Minutus, Turbatus, Calor & Frigiditas Corporis, Pulſatio, Palpitatio, Mobilitas, & Incubus.

II. *In Motu autem Animali occurrit* Pareſis, Scelotyrbe, Beriberi, Epilepſia, Catalepſis, Apoplexia.

III. *Morbi Motum Animalem & Vitalem ſimul afficientes ſunt*, Debilitas, Tremor, Horror, Convulſio, Spaſmus.

### 217. MOTUS AUCTUS.

Motus vitalis alternam fortiorem aut frequentiorem conſtrictionem faciens, medicamentis (ablata cauſa irritante) *Nitroſis* 5. *Fructibus horæis* 12. *Acidis* 35. *Humectantibus* 65. *Laxantibus* 71. *Frigefacientibus* 126. *Anodynis* 135. temperatur, & ad conſuetam actionem reducitur.

#### CATALOGUS.

Acacia
acetoſa
acetoſella
atriplex
biſtortæ rad.
caſſiæ pulpa
ceraſorum fruct.
citri ſucc.
cucumeris fruct.
cydoniorum ſem.
cynogloſſi rad.
hæmatites lap.
hordeum
hyoſciami fol. ſem.
hypociſtidis ſucc.
japonica terra
lactuca
lapathi rad.
lens paluſtris
limonum ſucc.
malva
melonis fruct. ſem.
mercurialis
meſpili fruct. rec.
muſcus quercinus
myrtus
nitrum
nymphææ rad. fol. flor.
papaveris cap. fol.
parietaria
plantago
polytrichon
portulaca
prunorum fruct.
punicæ fruct. ſucc.
rhois ſem.
ribeſia
roſa Canina
. . pallida
. . rubra
ſantalum rubrum lign.
ſedum
ſolanum
tamarindi
violæ herb.

### 218. MOTUS MINOR.

Motus vitalis debiliorem aut rariorem agens conſtrictionem, quam ad ſanitatem requiritur, per *Aromatica* 9. *Spirituoſa* 17. *Volatilia* 46. *Acria* 47. *Moventia* 116. *Stimulantia* 117. *Calefacientia* 120. *Roborantia* 123. fortiores & frequentiores facit conſtrictiones.

#### CATALOGUS.

Ambra gryſea
amomi ſem.
ari rad.
bilis
calthæ flor.
cantharides
cardamomum
caryophylli Plinii
caſcarillæ cort.
chelidonii majoris rad.
chenopodium
cinamomum
contrayervæ rad.
coriandri ſem.
croci flor.

dau-

dauci ſem.
. . cretici ſem.
dictamnus
erucæ ſem.
eryſimum
euphorbium
euphraſia
fabæ Ignatianæ
fœniculi dulcis ſem.
fraxinellæ rad.
geniſtæ ſem.
gentianæ rad.
hæmatites lap.
hedera terreſtris
helenii rad.
hellebori nigri rad.
ladanum gum.
lavandula
lilii convallii flor.
majorana
marrubium
marum Syriacum
matricaria
mechoacannæ rad.
meii rad.
moſchata nux
moſchus
napi ſem.
naſturtii ſem.
nigellæ ſem.
ocymum
oleris atri rad. ſem.
opobalſamum
opopanax gum.
origanum
oſmundæ rad.
paradiſi grana
pareiræ bravæ rad.
pedro del Porco
perſicaria
peruvianus balſ.
petroleum
peucedani rad.
phellandrium
piper
polium
pyrethri rad.
raphanus ruſticanus
roſmarinus
ruſci ſem. rad.
rutæ herb. ſem.
ſabina
ſalvia
ſanicula
ſaponaria
ſaſſafras lign.
ſcabioſa
ſchœnanthi flor.
ſcordium
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſileris ſem.
ſinapi ſem.
ſolidago Saracenica
ſophiæ ſem.
ſpica Nardi
ſtœchados flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum
terræ oleum
thlaſpios ſem.
thuya
thymus
tolutanus balſ.
zibethum
zingiberis rad.

## 219. MOTUS TURBATUS.

Motus vitalis, vel inæquales in tempore aut vigore faciens rythmos, vel in quibuſdam partibus majorem, quam in reliquis, vel loco motus alterni, continuatam conſtrictionem faciens, cum a tam diverſis dependeat cauſis, appropriatam materiem medicam non admittit.

## 220. CALOR CORPORIS.

Corporis calor major ad ſenſum & ad thermometrum, ablata cauſa irritante, temperatur *Aquoſis* 3. *Nitroſis* 5. *Fructibus horæis* 12. *Aceſcentibus* 34. *Acidis* 35. *Humidis* 41. *Saponaceis aceſcentibus* 44. *Humectantibus* 65. *Laxantibus* 71. *Diluentibus* 87. *Antiphlogiſticis* 96. *Evacuantibus ſine ſtimulo* 98. *Frigeſacientibus* 126.

## CATALOGUS.

Acetoſa
acetoſella
aſperula
atriplex
aurantiorum ſucc.
caſſiæ pulpa
ceraſorum fruct.
citri ſucc.
citrulli ſem.
corni fruct.
cucumeris fruct. ſem.
endivia
fraga fruct.
hordeum
lactuca
lapathi rad.
lens paluſtris
limonum ſucc.
malva
melonis fruct. ſem.
mercurialis
milium
mora fruct.
nitrum
nymphææ rad. flor.
parietaria
perſicæ fruct.

plantaginis rad. fol. ſem.
portulaca.
prunorum fruct.
pulmonaria
punicæ ſucc.
ribeſiorum fruct. ſucc.
rubus idæus.
ſebeſten
ſedum
tamarindi fruct. pulpa
violæ fol. flor.
vitis idææ fruct.

Faucium ardor, præter reliqua, *Adſtringentia* 68. exigit, qualia ſunt

Acacia
acetoſa
acetoſella
alumen rupeum
cydoniorum ſem.
nitrum
parietaria
piloſella
plantago
punicæ cort. flor.
roſæ rubræ
tamariſci cort.

Ventriculi ardor, quia ſæpe ex *Bile acri* 198. concitatur, etiam *Abſorbentibus* 100. ſolet temperari, uti

Cancrorum oculis
citri ſucco
corallis
creta
cydoniorum ſucco
kermes granis
nitro
perſicæ fruct.
portulaca
tamarindis.

## 221. FRIGIDITAS.

Totius corporis vel alicujus partis major frigiditas ab interna cauſa nata, quoniam indicat languidiorem & debiliorem motum vitalem, qui nobis eſt caloris naturalis cauſa, ad curationem poſtulat *Moventia* 116. & *Roborantia* 123. quæ conſtant *Aromaticis* 9. *Stimulantibus* 117. *Calefacientibus* 120. atque *Frictionibus*.

Quæ in Catalogo hoc (*) notantur ſigno, in *Ventriculi frigiditate* præ ceteris excellunt.

### CATALOGUS.

* Abrotanum
* acori rad.
agaricus
* aloe
* amomi ſem.
* aniſi ſem.
* aurantiorum cort.
bilis
* calamintha
* caryophyllatæ rad.
* caryophylli aromatici
* . . . . Plinii
caſcarillæ cort.
* centaurium minus
cepæ rad.
chamædrys
chamæpitys
chelidonii majoris rad.
cichoreum
* citri cort.
contrayervæ rad.
copayva balſ.
* coriandri ſem.
* coſti rad.
croci flor.
* cubebæ ſem.
* cumini ſem.
* dictamnus
erucæ ſem.
eupatorium
* fœniculi ſem.
* . . . dulcis ſem.
fraxinellæ rad.
galangæ majoris rad.
* . . . minoris rad.
* gentianæ rad.
guajaci cort. lign.
* helenii rad.
* imperatoriæ rad.
juniperi bacc. ol.
* lavandula
lauri bacc.
lilii convallii flor.
liquid-ambar
* majorana
* marum Syriacum
matricaria
* mentha
meii Athamatici rad.
* moſchata nux
moſchus
naſturtii ſem.
nigellæ ſem.
* opobalſamum
opopanax gum.
* origanum
pedro del porco
* peruvianus balſ.
* petaſitidis rad.
petroſelini Macedonici ſem.
peucedani rad.
* piper

py-

pyrethri rad.
raphani nigri rad. ſem.
. . . ruſticani rad.
* roſmarinus
* ſalvia
* ſanicula
ſaſſafras lign.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcammonium
ſchœnanthi flor.
ſerpentariæ Virginianæ rad.
* ſileris ſem.
* ſpica Nardi Celtica
* . . . . Indica
* ſtœchados flor.
* ſtyrax calamita
. . . liquida
thuya
* tolutanus balſ.
verbena
* zedoariæ rad.
* zingiberis rad.

## 222. PULSATIO.

Rami alicujus arteriæ in quadam parte motus vitalis major, ut arteriarum agitatio ſentiri poſſit in locis, ubi in ſanis non percipiebatur, vel in ſenſibilibus locis validior, quoniam ſpecies eſt *Motus vitalis majoris* 217. etiamſi ab Auctoribus diverſis titulis ſolet proponi, citatis medicamentis & auxiliis curandus eſt.

## 223. PALPITATIO.

Convulſionis ſpecies in organis motu animali carentibus, ſed motu vitali donatis, quæ exhibet motum inſolitum & perturbatum, non excitantem majorem calorem in ea parte, ut *Pulſatio* 222. quia varias agnoſcit cauſas, certam materiem medicam non præbet.

## 224. MOBILITAS.

Corpora valetudinaria ex minima cauſa, imo animi quadam affectione, in miras commotiones & conſtrictiones partium internarum, & interdum etiam muſculorum motus animalis, incidentia, *Opiatis 6. Papaverinis 7. Aromaticis 9. Gummoſis 13. Reſinoſis 16. Alcalicis 37. Volatilibus 46. Roborantibus 123. Cordialibus 124.* curanda.

## CATALOGUS.

Alcis ungula
aſa fœtida
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
caſcarillæ cort.
caſtoreum
chenopodium
chinæ chinæ cort.
citri cort.
contrayervæ rad.
croci flor.
cubebæ ſem.
dictamnus
doronici rad.
eryngii rad.
ferrum
filipendulæ rad.
fœniculi dulcis ſem.
fraxinellæ rad.
galbanum gum.
gutteta pulvis
hypericum
hyſſopus
imperatoriæ rad.
juniperi bacc.
kermes grana
lavandula
liguſtici rad. ſem.
majorana
matricaria
meliſſa
mentha
meii rad.
moſchus
myrrha gum.
ocymum
oleris atri rad. ſem.
opium
origanum
oſmundæ rad.
pæoniæ rad.
peruvianus balſ.
polychreſtus ſal
roſmarinus
ſagapenum gum.
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſerpillum
ſtyrax calamita
ſuccinum
theriaca
tiliæ flor.
tolutanus balſ.
viſcus quercinus.

## 225. INCUBUS.

Dormientibus in dorſum ſubito invadens ſuffocata reſpiratio, comprimente in tali decubitu Cerebro ſubjectum Cerebellum, evaneſcens cum ſurrectione, ſimili fere modo, ac ſi aliquod pondus pectori incumbens ſurgendo fuiſſet depulſum, iiſdem medicamentis, quæ in *Mobilitate* 224. tradita ſunt, curatur.

## 226. PARESIS.

Tam parva potentia movendi in membris, ut prope ad Paralyſin accedat, ex morboſa cauſa, vigente ſæpe motu vitali, vocatur *Pareſis*; quæ ſi fiat ex præcedenti labore, vocatur *Languor*, aut *Laſſitudo*; ſi vero a cauſis debilitantibus introducta fuerit, ut inde vis vitæ ſimul langueat, vocatur *Debilitas*, ſeu *Infirmitas*; qui morbi vel ſubſequente quiete, vel recuperatis viribus ſponte evaneſcunt; ſed Pareſis inſtar paralyſis diu perſiſtere ſolet.

Medicamenta Pareſin curantia fere eadem ſunt, quæ Paralyticis adhibentur, uti *Aromatica* 9. *Reſolventia* 80. *Moventia* 116. *Stimulantia* 117. *Calefacientia* 120. *Roborantia* 123. cum actuali calore & motu adhibita.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Abies | helenii rad. | opobalſamum |
| abſinthium | imperatoriæ rad. | origanum |
| acori rad. | juniperi ol. | petroleum |
| ammoniaci ſalis ſpir. | ladanum gum. | ribeſii fol. |
| ari rad. | lavandula | roſmarinus |
| benzoin gum. | lauri oleum | ſalvia |
| carlinæ rad. | lilii convallii flor. | ſaſſafras lign. |
| caryophyllatæ rad. | majorana | ſpicæ oleum |
| caſtoreum | marum Syriacum | ſtœchados flor. |
| chamædrys | meliſſa | ſtyrax liquida |
| chamæmeli flor. | moſchata nux | terræ oleum |
| coſti rad. | napi ſem. | vvinteranus cort. |
| cubebæ ſem. | naſturtii ſem. | |

## 227. SCELOTYRBE.

Ex tribus in unum congeſtis hic videtur componi morbus, quem vocant *Scelotyrben*, nempe Pareſi, Convulſione, & Scorbuto, nam uno die vix incidere poteſt hoc morbo correptus, altero vero pedibus inſiſtit, patitur leves interdum convulſiones, & ſæpe dentes ipſi vacillant, aliaque ſcorbuti adſunt ſigna.

Medicamenta præprimis conſtant *Calefacientibus* 120. *Roborantibus* 123. *Antiſcorbuticis* 183.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | armoracia | centaurium minus |
| abſinthium | ari rad. | cepæ rad. |
| acriviola | braſſica rubra | chærophyllum |
| allii rad. | capparis radic. cort. | citri cort. |

co-

cochlearia
erucæ ſem.
fraxini cort.
fumaria
galangæ minoris rad.
gentianæ rad.
helenii rad.
imperatoriæ rad.
majorana
mentha
naſturtium
porrum
raphanus ruſticanus
ruta
ſalvia
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſinapi
thlaſpi
trifolium aquaticum
vvinteranus cort.

## 218. BERIBERI.

Morbus in India Orientali frequentior, quam apud nos, in quo membra debilius movere poſſunt, quam ſani, nictitando & vacillando, ut ſit morbi ſpecies inter Infirmitatem & Paralyſin, vix differens a Pareſi, vocatur in ea Regione *Beriberi*. Frequentiſſime generatur, ſi præprimis ebrii, ſub dio dormiunt.

Medicamenta petuntur ex *Aromaticis* 9. *Diaphoreticis* 105. *Moventibus* 116. *Calefacientibus* 120. *Roborantibus* 123. *Antiſcorbuticis* 183. qualia ſunt

Abſinthium
acori rad.
ammoniaci ſalis ſpir.
angelicæ rad.
ari rad.
benzoin gum.
carduus benedictus
carlinæ rad.
caryophyllatæ rad.
cataria
cepæ rad.
chamæmeli flor.
cochlearia
coſti rad.
cubebæ ſem.
helenii rad.
imperatoriæ rad.
ladanum gum.
lavandula
majorana
marum Syriacum
meliſſa
moſchata nux
naſturtium
opobalſamum
origanum
piper
roſmarinus
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſpica Nardi Celtica
. . . Indica
ſtœchados flor.
ſtyrax liquida
thymus
vvinteranus cort.

## 129. EPILEPSIA.

Ad alternam involuntariam validam vel omnium vel multorum muſculorum conſtrictionem, cum ſenſuum omnium extinctione, per paroxyſmos ſæpe & utplurimum irregulariter redeuntem, curandam, multa citantur medicamenta, inter quæ cenſentur ſpecifica hoc (*) modo notata.

### CATALOGUS.

Agallochum lign.
* alcis cornu, ungula
ambra gryſea
ammoniaci ſalis ſp.
angelicæ rad.
antimonium
aſperula
becabunga
blatta byzantia
* bryoniæ rad.
carduus benedictus
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
caſtoreum
cataria
cervi cornu, & ſal
chenopodium
cinnabaris nativa
colocynthis
* corallium
* coryli lign.
cryſtallus montana
ebur
* eryngium
filipendulæ rad.
fraxinellæ rad.
hellebori nigri rad,
* hominis cranium
hyſſopus
imperatoriæ rad.
* lavandula
lazuli lap.
* leporis coagulum, cor
* lilii convallii flor.
meliſſa
ninzin rad.
ocymum
* pæoniæ rad. flor. ſem.
* pavonis ſtercus

per-

perlæ, & Perlarum mater
* polium montanum
* pyrethri rad.
roſmarinus
* ruta
ſagapenum gum.
ſalvia
ſerpillum
ſeſelios ſem.
* ſmaragdus lap.
* ſuccinum, & ſal
* tiliæ flor.
* Valerianæ ſylveſtris rad.
* viſcus Quercinus
unicornu.

## 230. CATALEPSIS.

Subita prehenſio totius motus animalis, ſalvo motu vitali, plerumque cum ſenſuum internorum & externorum exſtinctione, ut ægri maneant attoniti, neque rigentes, ut tetano correpti, neque flaccidi inſtar apoplecticorum, ſed membra commota a cauſa externa ſervant figuram, quam habuerunt, dum corripiebantur, vel quæ a cauſa externa fuit inducta, ad Curationem exigit eadem, quæ in *Pareſi* 226. *Scelotyrbe* 227. & *Bereberi* 228. tradita ſunt.

## 231. APOPLEXIA.

Subita prehenſio, quam *Siderationem* vocant, in qua motus animalis totius, ſenſuumque externorum, & internorum fit exſtinctio, cum omnium muſculorum animalium relaxatione, qua differt a Catalepſi, Convulſione, & Spaſmo, etiamſi ex variis cerebrum comprimentibus cauſis oriatur, non ſine egregio uſu curationis diſtinguitur in calidam & frigidam.

Curatio autem apoplexiæ calidæ ex *Motu* 217. & *Calore corporis aucto* 220. Quæ ſpecifica cenſentur, & *Antapoplectica* dicuntur, ſequens recipit

### CATALOGUS.

Alcis ungula
ambra gryſea
betonica
cantharides
carduus benedictus
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
. . . . . aromatici
caſtoreum
cepæ rad.
chamæpitys
colocynthis
contrayervæ rad.
coriandri ſem.
coſti rad.
croci flor.
cubebæ ſem.
elaterium
erucæ ſem.
eſulæ majoris rad.
. . minoris rad.
euphorbium
galangæ minoris rad.
hellebori nigri rad.
hyſſopus
imperatoriæ rad.
ladanum gum.
lavandula
lazuli lap.
leucoji flor.
lilii convallii flor.
majorana
marum Syriacum
meliſſa
origanum
petroleum
pyrethri rad.
raphanus ruſticanus
roſmarinus
ruta
ſalvia
ſcilla
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſinapi ſem.
ſtœchados flor.
ſuccinum
tiliæ flor.
veratri rad.
veronica
viſcum.

## 232. DEBILITAS VIRIUM.

Actio movendi in organis motus vitalis & animalis minus valida minuſque conſtans, quia ex variis generatur cauſis, multiplicem & ſæpe omnino oppoſitam materiem medicam exigit, adeo ut vix titulus ſit in Libro Primo, quin huic po-

potuiſſet accommodari morbo : ſelegi itaque ex his , quæ medicamenta experientia comprobavit præſtantiſſima eſſe in virium defectu .

(*) Hæc ventriculo debilitato adhibentur .

## CATALOGUS.

Abelmoſchi
* abſinthium Ponticum
* acori rad.
ambra gryſea
* amomi ſem.
amygdalæ dulces
* Angelicæ rad.
* Aurantiorum cort. flor.
betonica
bezoar lapis
borrago
* calamintha
* cardamomum
* carduus benedictus
* caryophyllatæ rad.
* caryophylli aromatici . . . . flor.
cervi cornu , raſura , os de corde
chenopodium
* cinamomum
* citri cort. flor.
contrayervæ rad.
croci flor.
* cyperi rad.
* dictamnus
* ferrum
filipendulæ rad.
* fraxinellæ rad.
* galangæ utriuſque rad.
* gentianæ rad.
hyſſopus
* imperatoriæ rad.
* kermes grana
lavandula
lilii convallii flor.
limonum ſucc.
* majorana
* marum Syriacum
* maſtix gum.
meliſſa
* menta
* moſchata nux
moſchus
* myrobalani
* naſturtii ſem.
* ninzin rad.
* ocymum
oſtrea ipſa
pedro del Porco
pimpinella
roſæ pallidæ
roſmarinus
* rutæ herb. ſem.
* ſalvia
* ſantalum citrinum lign.
* ſchœnanthi flor.
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſuccinum
tamarindi
valerianæ rad.
violæ flor.
* vvinteranus cort.
* zedoaria
* zingiber .

## 233. TREMOR.

Laxa , alterna , involuntaria muſculorum & villorum commotio , aut agitatio , in organo toto vitali , aut animali , aut utriſque ſimul , vel in quadam eorum parte , quoniam generatur vel ex *Debilitate virium* 232. vel ex *Motu perturbato* 219. imo ex ſolo animi pathemate , citata in iſtis auxilia curationi ſufficiunt . Sequentia autem præ ceteris laudantur .

Alcis ungula
borraginis flor.
bugloſſi flor.
carduus benedictus
caryophylli flor.
caſtoreum
cinnabaris nativa
citri cort.
croci flor.
fœniculi ſem.
helenii rad.
hypericum
lavandula
pæoniæ rad.
ſagapenum gum.
ſalvia
ſaxifragia .

## 234. HORROR.

Levis commotio in motu vitali involuntaria , cum ſenſu frigoris , ſubinde concitati , per partes externas , & interdum quoque internas , exigit medicamenta *Diaphoretica* 105. quæ id crudum per poros cutaneos expellunt , quando in morbis Chronicis inordinate ingruit ; & ut præveniatur , tota curatio *Cruditatis* 165. eſt adhibenda : ſed in febrium initio actu calidis , & medicamentis antiphlogiſticis 96. eſt ſuperandus .

## 235. RIGOR.

Eadem materies medica & Symptomata ſunt in Rigore, quæ tradita ſunt in *Horrore* 234. niſi quod loco commotionis alternæ, involuntariæ, perſtans habeatur muſculorum conſtrictio: ſi vero validior ſit, ut accipitur a Celſo, eum morbum ad ſpaſmum retuli: ſi obtineat in quibuſdam membris, in *Rigiditate* 210. expoſuimus.

## 236. CONVULSIO.

Alterna, involuntaria, inordinata, ſæpe per paroxyſmos recurrens conſtrictio & relaxatio muſcolorum motus animalis, vel vitalis, vel utriuſque, *Convulſio* vocatur; quæ ſi tam fortis, ut ſenſus interni externique paroxyſmo extinguatur, *Epilepſia* 229. nuncupatur.

Quoniam medicamenta huic morbo propria, *Antiſpaſmodica* dicta, ſæpe etiam aliis in morbis citantur, etiamſi virtute admodum diſtant, in ſequenti Catalogo recipere volui.

Ut revocentur paroxyſmo preſſi, *Spirituoſa* 17. *Volatilia* 46. *Acria* 47. & *Excitantia* 118. adhibentur.

Convulſionem autem ex conſenſu natam curare tentant *Opiatis* 6. *Papaverinis* 7. *Anodynis* 135. *Stupefacientibus* 136. *Somniferis* 143. *Soporiferis* 145. ut minuatur vividior ſenſus.

In infantibus autem & debilibus acidum ſpontaneum generantibus, Convulſionem curant *Teſtacea* 23. *Terrea* 31. *Alcalia* 37. *Abſorbentia acidum* 100.

In frequentiſſimis Convulſionem producentibus cauſis adhibent *Aromatica lenia* 9. *Balſamica* 10. *Gummi aromatica* 13. *Reſinoſa* 16. *Diuretica* 104. *Diaphoretica* 105. *Roborantia* 123.

Ex omnibus his componitur ſequens

## CATALOGUS.

Abrotanum
acori rad.
agallochum lign.
alcis cornu, ungula
ambra gryſea
ammoniaci ſalis ſpir.
angelicæ rad.
antimonium
aſa fœtida
aſperula
becabunga
benzoin gum.
bletta byzantia
calthæ flor.
camphora gum.
cancrorum oculi, chelæ
carduus benedictus
carlinæ rad.
carui ſem.
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
caſcariillæ cort.
caſtoreum
cataria
cervi cornu uſtum
chamæmeli flor.
chenopodium
cinnabari nativa
copayva balſ.
corallium
croci flor.
cryſtallus montana
doronici rad.
ebur
eryngium
fabæ Ignatianæ
filipendulæ rad.
fraxinellæ rad.
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
hypericum
hyſſopus
imperatoriæ rad.
juniperi bacc. ol.
lavandula
lauri bacc.
lilii convallii flor.
majorana
marum Syriacum
maſtix gum.
meliſſa
moſchus
muſcus quercinus
ninzin rad.
ocymum
opium
opobalſamum
oſtreorum teſtæ
pæoniæ rad.
pareiræ bravæ rad.

per-

perlæ, & Perlarum mater
peruvianus balſ.
polium
polytrichon
roſmarinus
ruta
ſagapenum gum.
ſalvia
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſpica Nardi Indica
ſtœchados flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum
tacamahaca gum.
terebinthina
tiliæ flor.
valerianæ rad.
viſcum
unicornu.

## 237. SPASMUS.

Conſtans, involuntaria, violens muſculorum conſtrictio, plerumque per paroxyſmos invadens, in organo motus vitalis, aut animalis, vel in utroque, ſi fiat cum ſenſuum extinctione in toto motu animali, *Tetanus*, Celſo *Rigor*, in muſculis anterioribus corporis *Emproſthotonos*, in poſterioribus autem *Opiſthotonos*, in parte autem ſpeciali ſine ſenſuum extinctione *Spaſmus* dicta, iiſdem medicamentis, in *Convulſione* 236. citatis, curatur.

# CAPUT SEXTUM.

## Senſuum Morbi.

*Quoniam ex ſenſibus externis Tactus duntaxat eſt ſenſus generalis, hujus itaque morbi in hoc Capite recipiendi ſunt.*

*Ad majorem ſenſum refero* Conſenſum, Dolorem, & Anxietatem.

*Ad ſenſum autem minorem* Senſus privationem, Stuporem, & Torporem.

*Ad ſenſum vero alienum* Senſum Caloris, Frigoris, Gravitatis, & Levitatis.

## 238. CONSENSUS MORBOSUS.

SI ex alicujus partis affectione, pars altera, quæ communem nervum, membranam, arteriam, vel venam habet, una afficiatur, optimum eſt protinus præcedentis affectionem tollere, ſed ſi fieri nequit, communionem intercipere ſectione, uſtione, compreſſione, aut extinguere conſenſum *Stupefacientibus* 136. quorum materies medica in eo Titulo invenitur.

## 239. DOLOR.

Doloris materies medica generalis ex titulo *Anodyni* 135. peti poteſt: ſpecialem autem, quibuſdam partibus dolentibus magis accommodatam, ſequentes Tituli exhibebunt: ob multitudinem vero præcipuas tantum partes delibabimus.

## ARTICULORUM DOLOR.

Ammoniacum gum.
ammoniaci ſalis ſpir.
calamintha
camphora gum.
centaurium minus
cinamomi radic. ol.
cynogloſſi rad.
fumaria
gentianæ rad.
guajaci cort. lign.
hyoſciami fol. ſem.
hypericum
meii rad.
nicotiana
peruvianus balſ.
petroleum
ſalſaparilla
ſaſſafras lign.
tacamahaca ſucc.
terræ oleum
urtica herba.

## AURIUM DOLOR.

Abrotanum
croci flor.
hirudines
marum Syriacum
parietaria.

## CAPITIS DOLOR.

Abſinthium
ageratum
althæa
anethum
betonica
bolus candida
cancrorum caro, ſucc.
carduus benedictus
citri cort.
colocynthis
croci flor.
elemi gum.
fabæ Ignatianæ
galangæ majoris rad.
lactucæ fol.
lavandulæ flor.
lappæ fol.
lilii convallii flor.
majorana
matricaria
meliſſa
millepedes
moſchus
naſturtii ſem.
nicotiana
nigellæ ſem.
origanum
papaveris albi capita
peucedani rad.
portulaca
pſyllii ſem.
raphanus ruſticanus ( ad plantas pedum )
roſmarinus
ſalviæ herb. flor.
ſambuci flor.
ſantalum citrinum lign.
. . . rubrum lign.
ſpica Nardi Indica
verbena
veronica
violæ flor.

## COXÆ DOLOR.

Abrotanum
aſari rad.
aſparagi rad.
betonica
bryoniæ rad.
cantharides
centaurium minus
chamæmeli flor.
chamæpitys
chinæ rad.
colocynthis
eryſimum
fœnum Græcum
guajaci cort. lign.
helenii rad.
hypericum
lappæ ſem.
oleris atri rad. ſem.
papaveris albi capita
pareiræ bravæ rad.
rhamni bacc. ſyrp.
ſalſaparilla
ſinapi
ſymphyti rad.

## DENTIUM DOLOR.

Fabæ Ignatianæ
hyoſcyami ſem.
imperatoriæ rad.
ladanum gum.
maſtix
nicotiana
olibanum
perſicariæ ſucc.
pyrethri rad.
ſabina
veratri rad.
verbena.

## NERVORUM DOLOR.

Ammoniacum gum.
copayva balſ.
curcumæ rad.
elemi gum.
galbanum gum.
maſtix
myrrha
opobalſamum
peruvianus balſ.
ſagapenum gum.
ſuccinum
terebinthina.

## OCULORUM DOLOR.

Cyani flor.
cydoniorum ſem.
doronicum
meliloti flor.
ovi album
plumbum

por-

portulaca
pſyllii ſem.
ſedum
tiliæ cort. flor.

## PUERPERII & PARTURIENTIUM DOLOR.

Althæa
artemiſia
aurantiorum cort.
calamintha
cardamomum
carui ſem.
caryophylli flor.
caſtoreum
chamæmeli flor.
citri cort.
cumini ſem.
dauci Cretici, & vulg. ſem.
dictamnus
fœniculi rad.
galangæ minoris rad.
lauri bacc.
liguſtici rad. ſem.
maſtix gum.
matricaria
meliſſa
meii rad.
moſchata nux
opium
pæoniæ rad.
papaveris albi ſem.
rutæ herb. ſem.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſtyrax gum.
ſuccinum
zedoaria.

## RENUM & LUMBORUM DOLOR.

Abrotanum
acmella
althæa
amygdalæ amare
. . . . dulces, & earum ol.
betonica
calthæ flor.
cancrorum oculi
carduus benedictus
ciceris ſem.
citrulli ſem.
cucumeris ſem.
cumini ſem.
curcumæ rad.
eryngium
fabæ ignatianæ
filipendulæ rad.
filicis rad.
fœniculi rad. ſem.
. . . dulcis ſem.
glycyrrhizæ rad.
graminis rad.
imperatoriæ rad.
lilii albi rad.
lini ol.
malva
matricaria
meliloti flor.
millepedes
opobalſamum
pæoniæ rad.
papaveris albi ſem.
pareiræ bravæ rad.
perſicæ nucl.
petroleum
petroſelinum vulgare
. . . . Macedonicum
peucedani rad.
pimpinella
piſtacia
portulaca
ribeſiorum fol.
roſæ Caninæ fruct.
rubiæ rad.
ruta muraria
ſaſſafras lign.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſeſelios ſem.
ſymphyti rad.
tartarus
tolutanus balſ.
tragacanthum gum.
veronica.

## VENTRICULI DOLOR.

Abrotanum
abſithium
aloe
angelicæ rad.
ariſtolochiæ rotundæ rad.
caranna gum.
carui ſem.
caryophylli flor.
caſtoreum
chamæmeli flor.
coriandri ſem.
croci flor.
cryſtallus montana
fabæ Ignatianæ
helenii rad.
hyoſcyami ſem.
juniperi bacc.
ladanum gum.
lauri bacc.
lini ol.
liquid-ambar balſ.
malabathri ol.
mentha
moſchata nux
myrrha
opobalſamum
peruvianus balſ.
ſcabioſa
tacamahaca gum.
tolutanus balſ.
zedoariæ rad.
zingiberis rad.

VEN-

## VENTRIS ſeu COLICUS DOLOR.

Abrotanum
abſinthium vulgare
abſinthium Romanum
acori rad.
allii rad.
althæa
ammios ſem.
amygdalarum dulcium ol.
anethum
angelica
aniſum
aſa fœtida
aurantiorum cort.
becabunga
betonica
calamintha
cancrorum oculi
canis album Græcum
caranna gum.
cardamomum
carduus benedictus
carui ſem.
caryophyllatæ rad.
caryophylli Plinii
caſtoreum
ceti ſperma
chamæmeli flor.
cinnabaris nativa
citri cort.
colocynthis
corallium
coriandrum
coſti rad.
croci flor.
cuminum
cyperi rad.
dauci ſem.
eryngium
ficus
filipendulæ rad.
fœniculum vulgare
. . . . dulce
galangæ majoris rad.
. . . minoris rad.
galbanum gum.
hedera terreſtris
helenii rad.
hyſſopus
ichthyocolla
juniperi ol.
lauri bacc.
liguſtici rad. ſem.
lilii rad. fol.
lini ol.
majorana
malva
marrubium
marum Syriacum
matricaria
mechoacannæ rad.
meliloti flor.
mentha
meum athamanticum
moſchata nux
ninzin rad.
oleris atri rad. ſem.
opium
oſmundæ rad.
oſtreorum teſtæ
papaveris albi cap. ſem.
perlæ
perlarum mater
peruvianus Balſ.
petaſitidis rad.
petroſelini rad. ſem.
. . . . Macedonici ſem.
pinguedo
pulegium
roſmarinus
ſagapenum gum.
ſileris ſem.
ſpica Nardi Indica
ſuccinum
tanacetum
verbena
veronica
unicornu
zedoariæ rad. ſem.
zibethum
zingiberis rad.

## 240. ANXIETAS.

Moleſtiſſima ſenſatio vix ſenſibus exprimenda, quæ poſt nimiam ingurgitationem alimentorum; in morbis convulſivis, hyſtericis, hypochondriacis; materia in extremis antea concitante dolorem, retropulſa ad pectus, hypochondria, ventrem, cor, in his locis percipitur, qua vexati admodum redduntur inquieti, temere quaquaverſum quærentes effugium, varias cum agnoſcat cauſas, non eſt facile, huic adaptatam addere materiem medicam: nam ab ingurgitatione veniens *Vomitu* 113. finitur, in Convulſivis per *Antiſpaſmodica* 236. temperatur; in morbis Acutis lenitur *Antiphlogiſticis* 96. in putridis *Aceſcentia* 34. & *Acida* 35. adferunt levamen; in metaſtaſi materiæ doloris *Attrahentia* (129) & *Derivantia* 132. Anxietatem tollunt; quare ob multiplicem differentiam materies medica addi nequit, ſed ex cauſis notis petenda.

## 241. SENSUS PRIVATIO.

Cauſæ omnes liberum fluxum ſpirituum inhibentes a ſenſorio communi ad or-

organum tactus, ſi ſenſus in aliqua parte ſit extinctus, ſuis appropriatis primo tollendæ; ſed ſi proveniat ex ſubſiſtente influxu, quia non propelluntur ſpiritus, partes ipſæ ſenſu privatæ, ut & loca, ubi iſtius partis nervus originem habet, *Moventibus* 116. & *Stimulantibus* 117. ſunt agitandæ, quare tota materies medica ex iis Titulis peti poteſt.

## 242. STUPOR.

Minus vivida in organis ſenſuum perceptio, quam in ſanis eſſe debet, quia leviores tantum agnoſcit cauſas, iiſdem auxiliis in *Senſus privatione* 241. citatis curanda.

## 243. TORPOR.

Senſuum ſtupor cum motus animalis ineptitudine, quod vocant *Torporem*, quamvis affectionem nervi ſenſus & motus animalis arguit, iiſdem tamen auxiliis in *Senſuum privatione* 241. allegatis curandus.

## 244. CALORIS SENSUS.

Similis in nobis concitatos ſenſus ac percipimus a corpore calido applicato, ſed ſine indicio vero caloris majoris, quia, ut experimenta docent, generatur vel ab acri applicato, vel parte ſuo munimento privata, duplex genus medicamenti requiritur ad temperandum caloris ſenſum; unum quod in *Acrimoniæ* 202. curatione; alterum quod traditum eſt in *Obvolventibus* 95. ut tegantur partes munimento proprio privatæ.

## 245. FRIGORIS SENSUS.

Senſus idem, ac ex frigore nobis concitatur, perceptus, vel per totum corpus, vel in quibuſdam partibus, vel ex uno loco in alium tranſiens, ab humore crudo, qui frigoris ſenſum ſimul inducit, quia oritur, per *Aromatica* 9. *Balſamica* 10. *Reſinoſa* 16. *Alcaleſcentia* 36. *Alcalia* 37. *Volatilia* 46. *Concoquentia* 91. *Diſcutientia* 101. *Diaphoretica* 105. *Moventia* 116. *Calefacientia* 120. & *Roborantia* 123. corrigere, præparare, & expellere debemus id *Crudum* 165. aut *Acre* 202.

## CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
acmella
acori rad.
ammios ſem.
ammoniacum gum.
amomi ſem.
angelica
aniſum
aurantiorum cort.
benzoin
camphora
cardamomum
carui
caryophylli aromatici
chamæmelum
cinamomum
cochlearia
contrayerva
copayva balſ.
coriandrum
coſti rad.
cubebæ ſem.
cuminum
cyperi rad.
dictamnus
elemi gum.
fœniculi vulg. ſem. ol.
. . . dulcis ſem.
fraxinellæ rad.
galangæ minoris rad.
galbanum
gentiana
helenium
imperatoria
lavandula
lauri bacc.
liguſtici ſem.
majorana

ma-

malabathrum
marum Syriacum
maſtix
meliſſa
mentha
moſchata nux
naſturtium
ocymum
opobalſamum
opopanax
origanum
peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
petroſelini Macedonici ſem.
piper
pix
polium
raphanus ruſticanus
roſmarinus
ruta
ſabina
ſagapenum gum.
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſeſelios ſem.
ſpica Nardi Celtica
. . . . Indica
ſtœchados flor.
ſtyrax
ſuccinum
tacamahaca gum.
thus
tolutanus balſ.
vvinteranus cort.
zedoaria
zinziber.

## 246. GRAVITATIS SENSUS.

Quamvis ex majori in toto vel in quadam parte humoris collectione, atque ex deficiente potentia movendi generetur idem ſenſus gravitatis inſolitæ, curatio tamen multum differt, nam copia major ſola aucta *Evacuatione* 98. poteſt tolli: ſed ex deficientibus viribus proveniens *Moventia* 116. *Stimulantia* 117. *Roborantia* 123. *Cordialia* 124. expoſtulat.

## CATALOGUS.

Acori rad.
ambra gryſea
amomi ſem.
angelicæ rad.
aurantiorum cort. flor.
bezoar lap.
borraginis flor.
bugloſſi flor.
calamintha
cardamomum
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
. . . . aromatici
. . . . Plinii
cinamomum
citri cort. flor.
cochinilla
contrayervæ rad.
croci flor.
cyperi rad.
dictamnus
ferrum
fraxinellæ rad.
galangæ minoris rad.
gentianæ rad.
imperatoriæ rad.
kermes grana
lavandula
lilii convallii flor.
majorana
marum Syriacum
maſtix gum.
meliſſa
mentha
moſchata nux
moſchus
myrrha gum.
ninzin rad.
ocymum
pæoniæ rad.
rhodium lign.
roſmarinus
ruta
ſalvia
ſantalum citrinum lign.
ſchœnanthi flor.
ſerpentariæ Virginianæ rad.
thymus
vvinteranus cort.
zingiberis rad.

## 247. LEVITATIS SENSUS.

Quoniam ſentimus partem leviorem aucta & valente cauſa movente, talis ſenſus non eget auxiliis, ſed ſi ex humorum defectu vel ſtimulo pars videatur levior, medicamenta ex iſtis morbis peti poſſunt.

## CAPUT SEPTIMUM.

### Actionis Compoſitæ Morbi.

*Ad Actionem compoſitam mutatam primo loco refero nonnullos morbos, qui molem & calorem corporis augent, ut* Inflammatio *&* Eryſipelas, *qui etiam in partibus quibuſdam eſſe poſſunt; ſecundo, qui molem minuunt, uti* Macies *&* Phthiſis; *denique tertio, qui vitiatam nutritionem aut motum habent, uti* Rhachitis, Febris, Morbus.

### 248. INFLAMMATIO.

MOtus circulatorius major a cauſa morboſa, producens æſtum, ſiccitatem, pulſum durum frequentem per totum corpus, compingens ſanguinem in *Lentorem* 188. vel in quadam parte excitans dolorem fixum vehementem, calorem ardentem, tumorem, renitentiam, pulſationem, rubedinem ad livorem accedentem, non facile preſſioni cedentem, exigit *Aquoſa* 3. *Nitroſa* 5. *Farinoſa* 11. *Fructus horæos* 12. *Olera* 15. *Aceſcentia* 34. *Acida* 35. *Humectantia* 65. *Emollientia* 70. *Laxantia* 71. *Reſolventia* 80. *Diluentia* 87. *Antiphlogiſtica* 96. *Evacuantia ſine ſtimulo* 98. *Alvum ducentia* 103. *Motum minuentia* 125. *Frigefacientia* 126. atque *Sanguinis miſſionem*. Quædam ex citatis recipit

### CATALOGUS.

Acetoſa
acetoſella
althææ rad. fol. flor.
atriplex
borraginis flor.
bugloſſi flor.
caſſiæ pulpa
ceraſorum fruct.
citrulli ſem.
cucumeris ſem.
cucurbitæ ſem.
endiviæ herb. ſem.
fabæ
graminis rad.
hordeum
lactucæ fol.
lilii rad. fol. ſem.
limonum ſucc.
malvæ fol. flor.
manna
mel
meliloti flor.
mercurialis
milium
nitrum
nymphæa
orobi ſem. far.
parietaria
perſicæ fruct.
plantago
portulaca
pruni fruct.
punicæ ſucc.
ribeſiorum fruct. ſucc.
ſambuci flor.
ſcorzonera
ſedum
tamarindi fruct.
tiliæ cort. fol.
triticum
tuſſilago
verbaſci fol. flor.
violæ fol. flor.
uvarum ſucc.

### OCULORUM INFLAMMATIONI MEDENTUR

Acacia
alumen
amylum
auriculæ Judæ
cyanus
fœnum Græcum
myrtus
ovi albumen
plantago
polygonum
pompholix
quinquefolii rad.
roſæ rubræ
tragacanthum gum.
tritici far.
tutia
verbena
vitriolum.

## ORIS, FAUCIUM, ET TONSILLARUM INFLAMMATIONI OPITULANTUR

| | | |
|---|---|---|
| Acacia | ariſtolochia cava | nitrum |
| acetoſella | biſtortæ rad. | parietaria |
| agrimonia | brunella | punicæ cort. |
| alumen | hedera terreſtris | roſæ rubræ |
| ammoniacum ſal | malva roſea | vinca pervinca. |

## 249. ERYSIPELAS.

Humor tenuis, acer, dolorem calidum inferens, ad partes externas ſubſiſtens, ſe prodiens rubedine flaveſcente, facile digitis cedente & redeunte, frequentiſſime locum mutans, ſemper cum febre, niſi partem parvam occupet, ad curationem exigit *Farinoſa* 11. *Teſtacea* 23. *Terrea* 31. *Sicca* 45. *Siccantia* 66. *Incraſſantia* 78. *Abſorbentia* 100. *Diſcutientia* 101. ut auferatur & incraſſetur.

Sed partes interiores ſi occupat, per *Diaphoretica* 105. quæ non multum calefaciunt, calidus ille & acer humor eſt expellendus.

## CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Acaciæ ſucc. fol. | cydoniorum ſem. | pompholix |
| acetoſa | geranium Robertianum | pſyllium |
| acetoſella | glycyrrhizæ rad. | punicæ cort. flor. ſucc. |
| amylum | hirundinum nidi | quinquefolii rad. |
| becabunga | hordeum | rhois ſem. |
| biſtortæ rad. | hypociſtidis ſucc. | roſæ Caninæ fruct. |
| burſa Paſtoris | lapathum | ſambuci flor. bacc. rob. |
| cancrorum oculi, caro, ſucc. | lithargyrium | ſantalum citrinum lign. |
| | malva roſea | ſcorzonera |
| caſſiæ pulpa | milium | ſedum |
| cervi cornu uſtum | myrtus | ſmaltum |
| ceruſſa | nitrum | ſtannum |
| citri ſucc. | nymphæa | tartarus |
| corallium | parietaria | terra ſigillata |
| creta alba | plantago | tormentillæ rad. |
| crocus | plumbum | tritici far. |
| cucumeris ſem. | polygonum | viola |
| cyanus | polytrichon | viſcum. |

## 250. MACIES.

Si totum corpus ſine corruptione conſumitur macie, vel quod lactea non recipiunt, aut non tranſmittunt, vel ſi corpus nimis evacuat, ablatis his cauſis, per *Nutrientia* 150. ſuppeditanda eſt nutritionis materia.

Particularis alicujus partis extenuatio, quam *Ariduram* vocant, ex compreſſione nervi vel arteriæ iſtius partis, varia auxilia exigit, quibus tolluntur obſtruentes cauſæ, quare materies medica adjici nequit.

## 251. PHTHISIS.

Corporis totius Tabes ſeu Macies ex corruptione introducta, medicamenta *Putredinem cohibentia* 83. & *Nutrientia* 150. exigit, inter quæ præcipua cenſentur.

Acetoſæ rad.
adianthum
agrimonia
alchimilla
amygdalæ dulcis
anagallis
ari rad.
avena
benzoin gum.
betonica
bolus Armena
cancrorum caro, ſucc.
carduus benedictus
cera
cervi cornu, raſura, os de corde
chinæ rad.
copayva balſ.
croci flor.
cucumeris fruct. ſem.
dulcamara
ferrum
galbanum gum.
glycyrrhizæ rad.
graminis rad.
guajaci cort. lign.
hedera terreſtris
hordeum
juniperi ol.
lac Animalium
lacca gum.
lappæ rad. ſem.
liguſtici rad. ſem.
lingua Cervina
malva
milium
myrrha
opobalſamum
panis biſcoctus
phellandrium
piloſella
pimpinella
pineæ nuces
piſtaciæ
plantaginis ſem.
portulaca
pulmonaria
roſæ rubræ
ſalſaparilla
ſantalum rubrum lign.
ſaſſafras lign.
ſcabioſa
ſcordium
ſtyrax calamita
ſulphur
ſymphyti rad.
terebinthina
tuſſilago
veronica.

## 252. RHACHITIS.

Morbus infantibus proprius, plerumque incipiens, quando a lacte pelluntur, in quo caput præ ceteris mole fit majus, reliquum vero corpus extenuatur & languet, tandem multis in locis oſſa circa articulos excreſcunt, atque dorſi ſpina, coſtæ, & oſſa artuum incurvantur, prævenitur & ulterior ejus progreſſus ſiſtitur *Aromaticis* 9. *Alcaleſcentibus* 36. *Alcalicis* 37. *Siccantibus* 66. *Abſorbentibus* 100. *Moventibus* 110. *Calefacientibus* 120. *Roborantibus* 123. & *Antiſcorbuticis calidis* 177. quorum materiem medicam continet

### CATALOGUS.

Abſinthii ſumm. ſal
acori rad.
agrimonia
aloe
ammios ſem.
amomi ſem.
angelicæ rad.
aniſi ſem.
aurantiorum cort.
benzoin gum.
bilis
calamintha
cancrorum oculi
cardamomum
cardui benedicti herb. ſal
carui ſem.
caryophyllatæ rad.
caryophylli aromatici
centaurium minus
cervi cornu uſtum
chamædrys
chamæpitys
cinamomum
citri cort.
coclearia
conchæ uſtæ
contrayervæ rad.
coriandri ſem.
coſti rad.
croci flor.
cubebæ ſem.
cumini ſem.
cyperi rad.
dauci Cretici ſem.
dictamnus
filicis fol.
fraxinellæ rad.
fumaria

galangæ majoris rad.
. . . minoris rad.
gentianæ rad.
helenii rad.
hyſſopus
imperatoriæ rad.
kermes grana
lavandula
liquid-ambar
lupuli flor.
majorana
malabathrum
marum Syriacum
maſtix gum.
meliſſa
menta
moſchata nux
naſturtium
ocymum
opobalſamum
opopanax gum.
origanum
ovorum teſtæ
pareiræ bravæ rad.
perlarum mater
peruvianus balſ.
polium
raphanus ruſticanus
rhabarbari rad.
roſmarinus
ruta
ſagapenum gum.
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſchœnanthi flor.
ſcordii ſal
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſpica Nardi Celtica
. . . . Indica
ſtœchados flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum
tacamahaca gum.
tamariſci cort.
tartari ſal
thus
tolutanus balſ.
trifolium aquaticum
vvinteranus cort.
zedoariæ rad. ſem.
zingiberis rad.

## 253. FEBRIS.

Morbus generalis per totum corpus, incipiens cum frigore, horrore & pulſu debili; pergens cum ardore, ſiccitate & pulſu duro frequente; deſinens cum ſudore copioſo, tam multiplicem materiem medicam recipit, ut fere omnia auxilia huc conferri potuiſſent, quare præcipua duntaxat adferam, quæ præ ceteris in febribus laudantur.

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
acacia
acetoſa
acetoſella
agrimonia
alkekengi fruct.
aloe
alumen rupeum
ammoniacum ſal, & ejus ſpir.
amomi ſem.
anagallis
angelicæ rad.
antimonium
. . . . diaphoreticum
ari rad.
artemiſia
aſari rad.
aſclepiadis rad.
aſplenium
atriplex
aurantiorum ſucc.
berberis ſem.
biſtortæ rad.
bolus armena
borraginis flor.
bugloſſi flor.
calthæ flor.
camphora gum.
cancrorum oculi, caro, ſucc.
cardamomum
carduus benedictus
carlinæ rad.
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
caſcarillæ cort.
caſſiæ pulpa
centaurium minus
ceraſorum fruct.
cervi cornu uſtum, cornu raſura, os de corde
chamædrys
chamæmeli flor.
chelidonii majoris rad.
cichorium
cinnabaris nativa
citri ſucc.
citrulli ſem.
cochinilla
colubrinum lign.
contrayervæ rad.
corallium
coſti rad.
croci flor.
cubebæ ſem.
cucumeris ſem.
cupreſſi nux
cydoniorum ſem.
dens leonis
dictamnus
dulcamara
eupatorium
fabæ ignatianæ
fraxini cort.
fumaria
galangæ minoris rad.
geniſtæ ſem.
gentianæ rad.
graminis rad.
hederæ arboreæ bacc.
helenii rad.
hellebri nigri rad.
hordeum
hypociſtidis ſucc.
imperatoriæ rad.
lactuca
lapatum
lappæ rad.
lauri bacc.

la-

lazuli lap.
limonum ſucc.
lupuli flor.
mechoacannæ rad.
meliſſa
menta
mercurialis
milium
moſchata nux
myrrha
myrtus
nigellæ ſem.
ninzin rad.
nitrum
nymphæa
origanum
oſtreorum teſtæ
parietaria
pedro del porco
petaſitidis rad.
pimpinella
plantago
polygonum
polytrichon
portulaca
prunorum fruct.
punica
quinquefolii rad.
rhabarbari rad.
ribeſiorum fruct. ſucc.
roſmarinus
ruta
ſalvia
ſambuci bacc. rob
ſantalum citrinum lign.
. . . rubrum lign.
ſapphirus lap.
ſaſſafras lign.
ſcabioſa
ſcilla
ſcordium
ſcorzonera
ſedum
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſinapis ſem.
ſolidago ſaracenica
tamarindi fruct.
tanacetum
tartarus
tormentillæ rad.
trifolium aquaticum
triticum
valerianæ rad.
verbena
veronica
vinca pervinca
violæ flor.
viſcum.
uvæ.

## FEBRIS INTERMITTENS.

* Hæc Febrifuga.

* Abſinthium
agrimonia
* alumen rupeum
* ammoniacum ſal, & ejus ſpir.
aſplenium
* carduus benedictus
caryophyllatæ rad.
caſcarillæ cort.
* centaurium minus
chamædrys
* chamæmelum
* colubrinum lign.
* contrayervæ rad.
cupreſſi nux
dens leonis
eupatorium
fraxini cort.
fumaria
geniſtæ ſem.
* gentianæ rad.
hederæ arboreæ bacc.
hellebori nigri rad.
imperatoriæ rad.
lappæ rad.
lazuli lap.
lupuli flor.
origanum
oſtreorum teſtæ
* peruvianus cort.
plantago
quinquefolii rad.
rhabarbari rad.
* ſerpentariæ virginianæ rad.
ſinapi ſem.
* tartarus
trifolium aquaticum
valerianæ rad.
veronica.

## FEBRIS CONTINUA ARDENS, ACUTA, INFLAMMATORIA.

Acetoſa
acetoſella
atriplex
aurantiorum ſucc.
berberis fruct.
borraginis flor.
bugloſſi flor.
calthæ flor.
cancrorum caro, ſucc.
caſſiæ pulpa
ceraſorum fruct.
citri ſucc.
citrulli ſem.
cucumeris ſem. fruct.
graminis rad.
hordeum
lactuca
limonum ſucc.
mercurialis
milium
nitrum
nymphœa
parietaria
portulaca
prunorum fruct.
punicæ ſucc.
ribeſiorum fruct.
ſal prunellæ
ſantalum rubrum lign.
ſcorzonera
ſedum
tamarindi fruct.
tartarus
uvæ.

FE-

## FEBRIS ERYSIPELATOSA, BILIOSA.

Acetoſa
acetoſella
biſtortæ rad.
cancrorum oculi
caſſiæ pulpa
cervi cornu uſtum
citri ſucc.
corallium
croci flor.
cucumeris ſem.
hordeum
hypociſtidis ſucc.
lapathum
mechoacannæ rad.
milium
myrtus
nitrum
nymphœa
parietaria
plantago
polytrichon
punicæ flor.
rhabarbarum
ſal prunellæ
ſambuci flor. bacc.
ſantalum citrinum lign.
ſapphirus lap.
ſcorzonera
ſedum
tartarus
tormentillæ rad.
triticum
violæ flor.
viſcum.

## FEBRIS CHRONICA, LENTA, CACOCHYMICA.

Abrotanum
abſinthium vulgare
. . . . romanum
acaciæ flor.
agrimonia
aloe
ammoniacum ſal, & ejus ſpir.
amomi ſem.
angelicæ rad.
ari rad.
borrago
cardamomum
carduus benedictus
carlinæ rad.
centaurium minus.
chamædrys
cichorium
contrayervæ rad.
coſti rad.
cubebæ ſem.
dens leonis
dictamnus
dulcamara
fumaria
galangæ minoris rad.
helenii rad.
imperatoriæ rad.
lupuli flor.
menta
moſchata nux
myrrha
ninzin rad.
origanum
petaſitidis rad.
roſmarinus
ruta
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſcabioſa
ſcorzonera
ſerpentariæ virginianæ rad.
ſolidago ſaracenica
tanacetum
tartarus
tormentillæ rad.
trifolium aquaticum.

## FEBRIS MALIGNA, PETECHIALIS, PESTILENTIALIS, COLLIQUATIVA.

Abrotanum
abſinthium
acetoſa
acetoſella
anagallis
artemiſia
aſclepiadis rad.
berberis ſem.
biſtortæ rad.
bolus armena
borrago
bugloſſum
calthæ flor.
camphora gum.
cardamomum
carduus benedictus
caryophylli aromatici
caſcarillæ cort.
cervi cornu, os de corde
citri ſem. ſucc.
cochinilla
contrayervæ rad.
corallium
cydoniorum ſem.
dictamnus
imperatoriæ rad.
lappæ rad.
lauri bacc.
limonum ſucc.
meliſſa
myrrha gum.
ninzin rad.
pedro del porco
petaſitidis rad.
pimpinella
ſalvia
ſambuci bacc.
ſantalum citrinum lign.
ſapphirus lap.
ſaſſafras lign.
ſcillæ rad.
ſcordium
ſcorzonera
ruta.

## 254. MORBUS.

Status medius hominis viventis inter ſanitatem & mortem, in quo partes firmæ, vel fluentes, aut functiones harum, ut & animi alienatæ ſunt, quia omnem materiem medicam reciperet, ex iis ſelegi quædam genera, quæ morbi nomine venire ſolent. Reliquorum morborum materies medica in propriis morborum Titulis quærenda. Conf. Patris Mei Comp. Medic. Tract. 53.

### MORBUS ACUTUS.

Vid. eadem, quæ in *Febre continua ardente* 253.

### MORBUS MALIGNUS.

Vid. eadem, quæ in *Febre maligna* 253.

### MORBUS CHRONICUS.

Abrotanum
acaciæ flor.
agrimonia
aloe
amomi ſem.
capparis radic. cort.
cardamomum
carduus benedictus
carlinæ rad.
caryophylli Plinii
centaurium minus
chamædrys
cichorium
cochlearia
cubebæ ſem.
dens leonis
dictamnus
elaterii ſucc.
eryngium
eupatorium
filicis rad.
fumaria
galangæ utriuſque rad.
guajaci cort. lign.
helenii rad.
hellebori nigri rad.
imperatoriæ rad.
lacca gum.
lilii convallii flor.
lupuli flor.
menta
moſchata nux
peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
rhamni bacc. ſyrp.
ribeſiorum fol. fruct. ſucc.
roſmarinus
ruta
ſagapenum gum.
ſaſſafras lign.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcillæ rad.
ſennæ fol.
ſolidago ſaracenica
thlaſpios ſem.
trifolium aquaticum.

## CAPUT OCTAVUM.

### Morbi generales in corporis ambitu.

*Duo genera morborum hoc Caput complectitur: unum, quod nullam vel vix perceptibilem comitem febrem habet, ut* Puſtulæ, Scabies, Furfuratio, Vitiligo, *&* Impetigo: *alterum ſemper cum febre, vel poſt febrem oritur, ut* Variolæ, Morbilli, Scarlatina, *&* Petechiæ.

### 255. PUSTULÆ.

Parvi & limitati tumores, hinc inde, vel per totum corporis ambitum diſperſi, ſine febre ſymptomatica adjuncta, *Puſtulæ* dicti, ex loco, humore, proſerptione, varia accipiunt nomina. Ad iſtas auferendas ſequentia præ ceteris extolluntur.

Acaciæ ſucc. fol.
calaminaris lap.
cancrorum ſucc.

ci-

citri ſucc.
creta alba
helleborus niger
lapathum
lemnia terra
limonum
ninzin rad.
oſtreorum teſtæ
plumbum
polygonum
pompholix
pumex lap.
punicæ cort.
rhois ſem.
ſedum
ſtannum
ſulphur
terra ſigillata
tiliæ cort. fol.

## 256. SCABIES.

Puſtulæ humidæ abeuntes in ulcuſcula humida pruriginoſa, quæ tandem teguntur cruſtula arida, præprimis inter digitos naſcentes, & ſuo attactu alios homines inquinantes, derivatione ad alvum vel cutim per *Purgantia* 103. *Diaphoretica* 105. & *Sudorifera* 114. atque per ſpecifica Corrigentia curantur, qualia ſunt

Abrotanum
abſinthium Romanum
.... vulgare
acaciæ flor.
acetoſæ rad.
allii rad.
alumen rupeum
ammoniacum ſal
antimonium
ariſtolochiæ cavæ rad.
aſclepiadis rad.
balani myrepſicæ nucl.
ol. expr.
becabunga
bilis
borax
borraginis rad.
bryoniæ rad.
carduus benedictus
cataputiæ majoris ol.
expr.
chamædrys
chelidonii majoris rad.
.... minoris rad.
ciceris ſem.
cinnabaris nativa
colocynthis
cuſcuta
ebuli fol. flor.
elaterii ſucc.
eſula
eupatorium
euphorbium
fumaria
guajaci cort. lign. reſina
gutta gamba
helenii rad.
helleborus niger
hydrargyrus
lapathi rad.
lappæ rad.
lauri bacc.
lupini ſem.
myrrha
nicotiana
nitrum
piper
ſaponaria
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcabioſa
ſinapi
ſtaphidis agriæ ſem.
ſulphur
tamariſci cort.
tanacetum
turbit rad.
veratrum
veronica
vitriolum
urticæ rad.

## 257. FURFURATIO.

Humores per poros cutaneos tranſudantes ſi ibidem ſubſiſtentes in ſquamulas ſiccas exareſcunt, quæ tandem, vel ſponte, vel levi tritu, inſtar ſquamularum vel furfuris ſecedunt, non ſolum per *Oleoſa* 14. *Pinguia* 25. & leniter *Abſtergentia* 156. ſunt auferendæ, quorum medicamentorum ſeriem continet ſequens Catalogus; verum etiam emendanda nimia concreſcendi in humoribus ad cutim delatis potentia, qualia interna ex ſcabie, impetigine, & vitiligine peti poſſunt.

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium Romanum
.... vulgare
allii rad.
ammoniacum ſal
amygdalæ amaræ
bilis
bryoniæ rad.
chelidonii majoris rad.
colocynthis
dens Leonis
elaterii ſucc.

eſu-

| | | |
|---|---|---|
| eſula | lilii florum aqua | ſcabioſa |
| eupatorium | malva | ſcilla |
| gutta gamba | mercurius præcip. albus | ſtaphidis agriæ ſem. |
| helleborus niger | . . . . . . viridis | ſulphur |
| lapathi rad. | myrtus | thus |
| lauri bacc. | nicotiana | veratri rad. |
| liguſtici rad. | ſabina | |

## 258. VITILIGO.

Furfuratio cutis magis ſquamoſa, & ſimul ſubjectæ cutis ſenſum extinguens, non facile cedens medicamentis, ſed minus coinquinans alios, quam ſcabies, eadem medicamenta exigit, quæ in *Scabie* 256. & *Furfuratione* 257. tradita ſunt, ſed eligenda ex his acriora, ut revocetur in iſtis partibus ſenſus ſtupidior.

## 259. IMPETIGO.

Poſt puſtulas pertinaces ichorem dein fundentes, cruſtam duram ſæpe cum cutis induratione relinquentes, ſi cutis afficiatur, medicamenta ex *Puſtulis* 255. *Scabie* 256. & *Furfuratione* 257. peti poſſunt.

## 260. VARIOLÆ.

Morbus incipiens cum febre continua, dolore capitis & lumborum, quarto die totam fere cutim afficiens ſtigmatibus rubris, quæ ſeptimo die hinc inde præbent puſtulas pure plenas, undecimo autem omnia ſtigmata rubra in puſtulas commutans, quando quædam incipiunt exareſcere, ut die decimo quarto quædam puſtulæ arefactæ ſquamulas dimittant, quando quoque ſimul febris illa ceſſare incipit; ſi ſua ſtadia ita regulariter percurrit, nullis medicamentis eget, niſi *Diluentibus* 87. & *Antiphlogiſticis* 96. Sed ſi tardius procedit, *Diaphoreticis* 105. & *Sudoriferis* 114. adjuvanda expulſio. Quæ autem præſtantiſſima cenſentur, continet

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Ammoniaci ſalis ſpir. | citri ſem. | ruta |
| aquilegiæ ſem. | contrayervæ rad. | ſcabioſa |
| calthæ flor. | kermes grana | ſcorzonera |
| carduus benedictus | milium | urticæ fol. |
| ceraſorum fruct. | nitrum | |
| cinnabaris nativa | pedro del porco | |

## 261. MORBILLI.

Febris continua vix differens a varioloſa, producens citius poſt exortum ſuum ſtigmata rubra per totam ſæpe cutim, quæ ſtigmata aliquantulum inſtar puſtularum elevantur, ſed ad ſuppurationem non perveniunt, verum exareſcentes furfures deponunt poſt paucos dies, quando etiam febris deſinit, eandem agnoſcit materiem medicam, quæ in *Variolis* 260. tradita eſt.

## 262. SCARLATINA FEBRIS.

Si poſt febrem continuam cutis maculis rubris latioribus tingatur, quam ſunt morbilli, & evaneſcentibus cum deſquamatione, materies medica peti poteſt ex *Antiphlogiſticis 96.* & lenioribus *Diaphoreticis* 105.

## 263. PETECHIÆ.

Febris maligna, vel ardens in putredinem converſa, producens in ſumma cute ſtigmata inſtar morſus pulicum, ſed livida aut nigra, exigit medicamenta *Putredinem cohibentia* 83. & *Perſpirationem promoventia* 105. qualia ſunt

Acetoſa
antimonium diaphoreticum
aurantiorum cort.
betonica
bolus armena
cancrorum oculi
citri cort. ſem.
cochinella
contrayervæ rad.
croci flor.
dictamnus
galangæ minoris rad.
hordeum
hyſſopus
kermes grana
lapathi rad.
maſtix
meliſſa
myrrha
papaveris rhæados flor.
polium
portulaca
pulegium
pulmonaria
punicæ flor.
roſæ rubræ
rubiæ rad.
ruta
ſalvia
ſambuci baccæ, rob
ſantalum citrinum lign.
ſaſſafras lign.
ſcabioſa
ſcilla
ſcorzonera
tormentillæ rad.
valerianæ rad.

# SECTIO SECUNDA.

Morbi particulares varias partes, liquores, aut actiones afficientes.

Sectio hæc, quæ decimo ſeptimo Capite finitur, multos complectitur morbos, qui inter particulares eſſent recenſendi, ſed quoniam idem ſervant nomen, licet aliam quoque partem vel functionem aggrediantur, ad hanc potius ſectionem referre volui.

Hi quoque præmittendi erant ceteris, quia ſuggerunt materiem medicam in ſequentibus citandam, ut nulli præmittantur, qui ex ſequentibus auxilia petunt.

# CAPUT NONUM.

Morbi ex cauſa cognita producti.

*Duplex genus morborum ex cauſis cognitis partibus firmis inducitur; unum, quod relinquit partes integras, ut* Elongatio, Tenſio, Gelu; *alterum, quod cohærentiam deſtruit tam in partibus mollioribus, quam durioribus, ut* Vulnus, Punctura, Fractura, Luxatio, Contuſio, Morſus, Uſtio.

## 264. ELONGATIO SOLIDORUM.

Dum a cauſa protendente partes firmæ ſeu fibræ fiant longiores ſine ullo renixu, poſt ablationem cauſæ, non ſolum adducenda ſunt fibrarum extrema, ſed ſimul earum accurtatio eſt promovenda *Adſtringentibus* 68. & *Ro-*

*Roborantibus* 123. externis, aſt ſolis roborantibus internis, ne ſimul extinguatur motus vitalis earum fibrarum. Reſtituitur etiam tonus elongatione debilitatus ablatione humidi per *Siccantia 66. Diſcutientia* 101. & *Adducentia* 63. Medicamenta his virtutibus prædita exhibebit ſequens

## CATALOGUS.

Acaciæ ſucc. fol.
agrimonia
alchimilla
alkannæ rad.
anonidis rad.
anſerina
armenius lap.
artemiſia
aſplenium
benzoin gum.
bolus armena
bombacis ſem.
burſa paſtoris
calaminaris lap.
capparis radicis cort.
cardamomum
caryophyllatæ rad.
caſcarillæ cort.
caſſia lignea
cervi cornu uſtum
cimolia terra
cinamomum
colophonia
contrayervæ rad.
corallina
corni fruct. fol.
creta
cupreſſi nux
cuſcuta
cynogloſſi rad.
cyperi rad.
eupatorium
eupraſia
fabarum far.
ferrum
filicis rad.
filipendulæ rad.
fraxini cort.
galangæ minoris rad.
hedera terreſtris
hominis cranii uſnea
hypericum
japonica terra
kermes grana
ladanum gum.
lapathi rad.
lappæ rad.
lemnia terra
lenticula paluſtris
liguſtrum
lingua cervina
lithargyrium
lupinorum far.
magnes lap.
malabathrum
marrubium
maſtichinum lign.
maſtix gum.
meſpili fruct.
millefolium
minium
moſchata nux
mumia
muſcus pulmonaris
. . . quercinus
myrtus
oſmunda
oſſa calcinata
oſtreorum teſtæ toſtæ
parietaria
perlæ
pimpinella
pini cort.
plantago
polygonum
polytrichon
pompholix
pſyllium
pulmonaria
punicæ cort. flor.
quinquefolii rad.
rhabarbarum
rhois ſem.
roſæ caninæ flor. ſpongia
. . rubræ
roſmarinus
rubiæ rad.
ruſci rad. ſem.
ruta muraria
ſalvia
ſanguis draconis
ſanicula
ſantalum rubrum lign.
ſarcocolla
ſchœnanthi flor.
ſedum majus
ſolanum
ſolidago ſaracenica
ſpica nardi Celtica
. . . . Indica
ſtanni limatura
ſtyrax gum.
ſymphyti rad.
tamariſci cort.
thus
tormentillæ rad.
tutia
verbena
vinca pervinca
virga aurea
vvinteranus cort.
zedoariæ rad.

## 265. TENSIO SOLIDORUM.

Partes firmæ mobiles in corpore noſtro a cauſa externa ultra modum cum fibrarum renixu prolongatæ, poſt cauſæ extendentis ablationem, exigunt medicamenta *Oleoſa* 14. *Pinguia* 25. *Mollia* 42. *Laxantia* 71. quæ minuunt tenſionem, atque præveniunt inſtantem ruptionem & dolorem.

## CATALOGUS.

Adeps
althææ rad. ol.
amygdalarum dulcium ol.
axungia
borrago
bugloſſum
cannabis ol. expr.
cera, & ejus oleum
ceraſorum fruct.
ceti ſperma
glycyrrhiza
hyoſcyami fol. ol.
jujubæ
lilii rad. fol.
lini ſem. far. ol.
malvæ fol. flor.
medulla oſſium
mercurialis
olivarum ol.
palmæ ol.
papaveris albi fol. ſem. ol.
paſſulæ majores
. . . minores
pineæ nucis ol.
pinguedo animalium
portulaca
pulmonaria
ſebeſten
ſolani ol.
tiliæ cort. fol.
tritici ol.
trifolii odorati ol.
verbaſci fol. flor.
violæ fol. ol.

## 266. GELU.

Frigus nimium, quod valet in parte quadam corporis ſuperare motum vitalem ſubito, niſi prudenter affrictu nivis vel aquæ frigidæ, & dein paulo calidiore reſolvatur, parit mortem ſeu ſphacelum iſtius partis; quod autem ſenſim inducit tuberculum durum in cute & parte ſubjecta, diu permanens, donec accedit æſtivus calor; vel quod erumpit in ulcus lividum ſordidum, diu etiam perſiſtens, iiſdem, quibus curatur, præveniri poteſt, ſi mature applicentur, ſimulque pars muniatur ad externum frigus. Conſtant hæc *Balſamicis* 10. *Gummi aromaticis* 13. *Reſinoſis* 16. *Calefacientibus* 120. Præcipua ſunt ſequentia.

## CATALOGUS.

Aloe
animi gum.
caranna gum.
cepæ rad.
colophonia
copayva balſ.
elemi gum.
galbanum gum.
ladanum gum.
liquid-ambar
maſtix gum.
myrrha gum.
opobalſamum
petroleum
pini reſina
pix
reſina flava
ſagapenum gum.
tacamahaca gum.
terebinthina
terræ oleum
thus
tolutanus balſ.

## 267. VULNUS.

Soluta unitas in parte molli corporis ab inſtrumento duro ſecando producta, ad curationem exigit *Adducentia* 63. *Carnem generantia* 148. *Cicatriſantia* 152. *Conſolidantia* 154. Si vero adſit hæmorrhagia, vel aliud ſymptoma, aut cauſa curationem impediens, eorum materies medica ex propriis titulis petenda. Quæ autem præſtantiſſima cenſentur, ſequens Catalogus exhibebit.

Quæ nervorum vulneribus adhibentur, hoc * ſigno notata ſunt.

## CATALOGUS.

Abietis ol.
Abſinthium *cal. et sicc.*
Abutilon
* Agrimonia *cal. et sicc.*
* Alchimilla
Aloe *cal. et sicc.*
Alumen rupeum *sicc.*
Anagallis
Angelica *cal. et sicc.*

Aqui-

aquilegiæ ſem. *cal. et sic.*
ariſtolochiæ cavæ rad.
. . . . longæ rad. *cal. et*
. . . . rotundæ rad. *sicc.*
artemiſia *cal. et sicc.*
aſa fœtida *cal.*
aſperula *cal.*
* benzoin gum. *cal.*
betonica *cal. et sicc.*
biſtortæ rad. *sicc. et fri.*
bitumen Judaicum *cal.*
burſa Paſtoris *cal. et sicc.*
carduus benedictus *cal. sic.*
caryophyllatæ rad. *cal. sic.*
centaurium minus *cal. sic.*
chamœdrys *cal. et sicc.*
chelidonium majus *idem.*
* colophonia *idem.*
* copayva balſ. *cal.*
* elemi gum. *cal.*
equiſetum *frig.*
eupatorium *cal. et sic.*
filix *sicc.*
fraxini fol. *cal. et sic.*
Galangæ utriuſque rad. *cal. id. et sicc.*
gentianæ rad. *cal. et sic.*
glycyrrhizæ rad. *hum. et f.*
hedera terreſtris *cal. sicc.*
* hypericum
lappæ rad. fol.
* lilii rad. fol. *cal. et hum.*
lingua Cervina *cal. sicc.*
* maſtix gum. *cal. sicc.*
millefolium *sicc.*
muſcus quercinus *frig.*
* opobalſamum *cal.*
oſmunda *cal.*
ovi vitellus
parietaria *frig.*
peruvianus balſ. *cal.*
piloſella
pimpinella *cal. et sicc.*
* pini reſina *cal.*
plantago *frig.*
polygonum *frig.*
pſyllium *frig.*
pulmonaria *humi.*
pyrola *frig.*
quinquefolii rad. *cal.*
reſina *cal.*
rubiæ rad. *sicc.*
ſabina *cal.*
ſaccharum *hum.*
ſalvia *cal. et sicc.*
ſanguis Draconis *frig. et sicc.*
ſanicula *frig.*
ſarcocolla *cal. et sicc.*
ſaxifragiæ rad. ſem. *cal. sicc.*
ſcabioſa *cal.*
ſcordium *cal.*
ſolidago Saracenica *cal.*
* ſtyrax *cal. et sicc.*
* ſymphyti rad.
tanacetum *cal. et sicc.*
* terebinthina *cal.*
* thus *cal. et sicc.*
* tolutanus balſ. *cal. et sicc.*
tormentillæ rad. *cal. et sicc.*
tragacanthum gum.
trifolii odorati flor. *cal.*
verbaſcum *sicc.*
verbena *sicc.*
veronica *cal.*
vinca pervinca *frig.*
virga aurea . *cal.*

## 268. PUNCTURA.

Vulnus alte penetrans habens exiguam externe aperturam, qua ſæpe cohibetur intus effuſi liquoris effluxus, ex *Vulnerariis* 267. exigit laxantia & emollientia, ut apertura ſervetur aperta; & quoniam interdum vel nervum vel tendinem tangit, materies medica peti ſolet ex *Vulnerariis* 267. quæ vulneribus nervorum adhibentur.

## 269. FRACTURA.

Oſſa per vim externam in magna fragmenta diſrupta, præter debitam extenſionem, repoſitionem, & retentionem commodam, ex medicina vix aliquo egent auxilio, niſi quod interdum adhibeant medicamenta ſuperius recenſita, quæ Callum citius generari faciunt 149. Quare non opus adjicere Catalogum.

## 270. LUXATIO.

Caput unius oſſis articuli remotum ex ſuo acetabulo per vim validam externam, quia ligamenta articulum cingentia partim ſunt rupta, partim contuſa, poſt repoſitionem, *Laxantia* 71. *Pinguia* 25. & *Oleoſa mollia* 14. exigit.

Mucilago autem vel glandula in articulo increſcens, detrudens os ex ſuo loco, *Reſolventibus* 80. applicatis eſt minuenda.

Sed laxata articulorum ligamenta, permittentia facilem articuli luxationem, curanda iiſdem, quæ in *Laxitate* 209. tradita ſunt.

## 271. CONTUSIO.

Diffractio vaſorum & membranarum cum effuſione humorum inter partes diſruptas, facta ab inſtrumento duro obtuſo, applicato ad partem mollem noſtri corporis, exigit medicamenta, quæ partes molles ruptas *Laxant* 71. *Humectant* 65. *Emolliunt* 70. ne nimis diſtendantur & doleant; atque humores *Reſolvunt* 80. fovent, ne nimis concreſcant. In majori autem Contuſione per *Pus moventia* 88. *Abſtergentia* 156. liberanda eſt pars vivens ab adhærente eſchara ex contuſione mortificata.

* Hæc interne dari ſolent.

### CATALOGUS.

Abſinthium
* agrimonia
* aniſum
* betonica
* butyrum
* carduus benedictus
* centaurium minus
cera
* cerevisia brunſvicenſis
* ceti ſperma
cinamomi fruct. ol. expr.
* croci flor.
cyani flor.
* dulcamara
elemi gum.
fabæ
* hirci ſanguis
* hydromel vinoſum
* hypericum
* lappæ rad. fol.
lilii rad. fol.
* lini ol.
lupuli flor.
medulla animalium
parietaria
* petroſelinum vulgare
pinguedo animalium
* porci axungia
* rhabarbarum
ruta
* ſanguis draconis
* ſuccinum
* ſymphyti rad.
verbaſcum.

## 272. MORSUS.

Dentibus Animalium ſoluta partium mollium cohærentia morbus eſt ex *Punctura* 268. & *Contuſione* 271. compoſitus, iiſdemque auxiliis curandus: ſi autem inficiens ſaliva vel quivis alius humor morbum faciat, huic ſuccurrendum per ea, quæ in *Contagio* 160. tradita ſunt.

## 273. USTIO.

Pars mollis noſtri corporis igne aperto vel occulto ita tacta leviter ut rubeat & doleat, vel fortius ut veſiculam latice plenam, ſæpe cum integra epidermidis ſeparatione faciat; vel validiſſime, ut ſumma quoque cutis ſit deſtructa, humoreſque ſint effuſi & combuſti, per *Oleoſa mollia* 14. *Pinguia* 25. *Humectantia* 65. *Emollientia* 70. & *Laxantia* 71. eſt tractanda.

Si vero eſcharam fecerit, lenia *Abſtergentia* 156. & *Pus moventia* 88. ſunt adhibenda. Combuſtio autem, quæ totam partem deſtruxit, nullam admittit medelam, niſi amputationem.

### CATALOGUS.

Althæa
amygdalarum dulcium ol. expr.
arabicum gum.
cannabis ol. expr.
cepa
cera
cynogloſſi rad.
ebuli cort. fol. flor.
hypericum
lappæ fol.
lilii rad. fol. antheræ
lini ol.
malva
parietaria
pinguedo
ſambuci cort. medius
ſedum

ſym-

| | | |
|---|---|---|
| ſymphyti rad. | tragacanthum gum. | verbaſcum. |
| tiliæ cort. fol. | | |

## CAPUT DECIMUM.

Aliena in corpore vel ei adhærentia.

*Etiamſi communis morborum definitio non complectitur aliena corpori adhærentia, ad eorum tamen ablationem vel curationem Medici exigitur auxilium, quare materiem medicam adjeci, quæ eſt adhibenda in* Sorditate, Animalculis cutaneis, Vermibus, Fœtore, Flatibus; *ut ſi alia plura ſimilia inveniantur, auxilium tamen ex his peti poſſet.*

### 274. SORDES ET CRUSTA.

HUmores ex vaſculis cutaneis, oris, narium cavitatis tranſudantes, ita concreti, ut conſtituant corpus firmum his partibus tenaciter adhærens, ad curationem exigunt 1. *Oleoſa mollia* 14. *Pinguia* 25. *Humectantia* 65. & *Emollientia* 70. quæ cruſtam & ſordes ad faciliorem lapſum diſponunt. 2. *Abſtergentia* 156. quæ cruſtam & ſordes auferunt. 3. Emendantia id concreſcibile in tranſudantibus humoribus, quæ ex ſpecialibus eorum morborum Titulis petenda ſunt.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | centaurium minus | mel |
| aloe | chelidonium majus | myrtus |
| amygdalæ amaræ | furfures | pinguedo |
| . . . dulces | hyſſopus | ſaccharum |
| aniſum | lapathum | ſapo |
| bilis | liguſtici ſucc. | ſolidago Saracenica. |
| cancrorum oculi | marum Syriacum | |

### 275. ANIMALCULA CUTANEA.

Ad Pediculos, Culices, Cimices, Lendes, aliaque inſecta, quæ in cutis ambitu nidulantur, abigenda vel interficienda, ſequentia extolluntur.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | cynogloſſi fol. | nicotiana |
| abſinthium | geniſtæ ſal | perſicaria |
| aſperula | hederæ arboreæ reſina | petroſelini ſem. |
| cataputiæ majoris ol. expr. | iridis rad. | ſtaphidis agriæ ſem. |
| centaurium minus | lavandula | ſulphur |
| cinnabaris nativa | lauri bacc. | thuya. |
| | mercurius | |

### 276. VERMES.

Vermes in ventriculo vel inteſtinis hærentes expelluntur *Vomitoriis* 113. & *Purgantibus* 103. necantur vero, aut eorum nidus deſtruitur *Aloeticis* 1. *Mercurialibus* 4. *Salibus alcalinis* 37. *Saponaceis* 44. *Amaris* 52. *Abſtergentibus* 156. Ex quibus ſequentia laudantur.

Abrotanum
abſinthium
acaciæ flor.
agallochum lign.
ageratum
allii rad.
aloe
amygdalæ amaræ
ariſtolochiæ cavæ rad.
aurantiorum ſem.
bilis
bryoniæ rad.
calthæ flor.
carduus benedictus
carlinæ rad.
caſcarillæ cort.
caſtoreum
centaurium minus
cepæ rad.
chamædrys
ciceris ſem.
cichorium
citri ſem.
colocynthis
colubrinum lign.
corallina
coſti rad.
curcumæ rad.
dulcamara
erucæ ſem.
eupatorium
fabæ Ignatianæ
filicis rad.
fraxinellæ rad.
fraxini cort.
fumaria
gentianæ rad.
graminis rad.
hedera terreſtris
helenii rad.
hypericum
jalapa
liguſtici rad. ſem.
lupini ſem.
lupuli flor.
marrubium
mechoacannæ rad.
mentha
mercurius
myrrha
naſturtii ſem.
perſicæ fol. flor.
petaſitidis rad.
peucedani rad.
polygonum
roſmarinus
rutæ herb. ſem.
ſabina
ſcabioſa
ſcordium
ſophiæ ſem.
ſpicæ nardi utriuſque rad.
ſtœchados flor.
tanaceti ſem.
turbith rad.
zedoariæ rad. ſem.

## 277. FOETOR.

Si ex toto corpore vel parte quadam fœtor aſſurgat, ſemper denotat latitare corruptum vel putrefactum, quare materies medica integra in his Titulis continetur: accedunt etiam *Diluentia* 87. *Abſtergentia* 100. & *Auferentla* 99. quæ corruptum tollunt. Ex omnibus his ſequentia præſtantiſſima cenſentur.

### FRIGIDA.

Acacia
acetoſa
acetoſella
acetum
alumen
berberis ſem.
beta
bombacis ſem.
citri ſucc.
cydoniorum ſem.
japonica terra
lac ebutyratum
lapathum
limonum ſucc.
mel
nitrum
plantago
plumbum
polytrichon
pompholix
punicæ cort. flor. ſucc.
rapa
rhois ſem.
roſa rubra
. . canina
ſaccharum
ſantalum citrinum lign.
tamarindi fruct.
tamariſci cort.
tormentillæ rad.
vinum Rhenanum
vitriolum.

### CALIDA.

Abrotanum
abſinthium
ageratum
aloe
angelica
ariſtolochiæ rad.
ari rad.
benzoin gum.
bryoniæ rad.
camphora gum.
caranna gum.
cardamomum minus
caryophyllatæ rad.
chelidonium majus
citri cort.

co-

copayva balſ.
dictamnus
eupatorium
fumaria
gentianæ rad.
guajacum lign.
hypericum
lacca gum.
iridis rad.
marrubium
maſtix gum.
myrrha gum.
opobalſamum
peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
pulegium
reſina flava
ruta
ſabina
ſalvia
ſcordium
ſtyrax calamita
. . . liquida
ſuccinum
tanacetum
terebinthina
thus
tolutanus balſ.
vvinteranus cort.

## FOETOR AURIUM ET NARIUM.

Quæ his partibus adhibentur, mitiſſima eſſe debent ob exquiſitum in his partibus ſenſum, uti ſunt

Acacia
agrimonia
berberis
burſa Paſtoris
graminis rad.
hedera terreſtris
punicæ cort. flor.

## FOETOR ORIS.

Ori quæ adhibentur, optimum eſt, ſi gratum ſimul ſpirant odorem, quemadmodum

Abelmoſchi
alumen
aniſum vulgare
. . . ſtellatum
cardamomum
citri cort.
coriandrum
cyperi rad.
japonica terra
imperatoriæ rad.
iridis rad.
roſæ rubræ.

## 278. FLATUS.

Quæ motum inordinatum, in nobis ſonitum ſæpe concitantem, vel dolorem verſatilem, ac ſi aer ex uno loco cum dolore tenderet in alium, curant vel compeſcunt, ad hunc Titulum conferuntur. Conſtant triplici genere auxiliorum; 1. Quæ aeris generationem ex putredine vel fermentatione intercipiunt: 2. Quæ motum inordinatum flatum generantem & exagitantem compeſcunt: 3. Quæ acre dolorem verſatilem producens emendant. Materiem medicam ad hæc tria referendam exhibebit ſequens

## CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
acori rad.
agni caſti ſem.
allii rad.
ammios ſem.
amomum
amygdalarum amararum ol.
anethum
angelica
aniſum
apium
aurantiorum cort.
betonica
calamintha
camphora gum.
cancrorum oculi
cardamomum
carui
caryophyllatæ rad.
caryophylli Plinii
caſtoreum
cataria
chamæmeli flor.
chenopodium
cinamomi cort. & rad. oleum
citri cort. ſucc. &c.
contrayervæ rad.
corallium
coriandrum
coſti rad.

cubebæ ſem.
cuminum
curcumæ rad.
cyperi rad.
dauci ſem.
. . . cretici ſem.
doronici rad.
eryngium
fabæ Ignatianæ
fœniculi rad. ſem.
. . . dulcis ſem.
filipendulæ rad.
galangæ majoris rad.
. . . minoris rad.
gentianæ rad.
helenii rad.
hyſſopus
ikan rad.
imperatoriæ rad.
juniperi bacc. ol.
lavandula
lauri bacc.
liguſticum
limonum ſucc.
majorana
marum Siriacum
matricaria
meliſſa
mentha
meii rad.
moſchata nux
naſturtii ſem.
nigellæ ſem.
ocymum
oleris atri ſem. rad.
opopanax gum.
origanum
oſtreorum teſtæ
perlæ, & perlarum mater
peruvianus balſ.
petroſelini vulgaris ſem.
. . . . Macedonici ſem.
peucedani rad.
piper
pulegium
punicæ fruct. ſucc.
raphanus ruſticanus
roſmarinus
ruta
ſchœnanthi flor.
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſileris ſem.
ſpica Nardi
ſtyrax liquida
tacamahaca gum.
tamarindi
tanaceti ſem.
thymus
verbena
veronica
urticæ fol.
vvinteranus cort.
zedoaria
zingiber.

## CAPUT UNDECIMUM.

### Firmarum partium defectus & ſolutio.

*Ad cohærentiam partis mollis & durioris poſſunt morbi referri, qui hanc cohærentiam deſtruunt ſine amiſſione ſubſtantiæ, ut* Soluta unitas, Fiſſura; *vel qui portionem ſimul auferunt, ut* Corroſio, Nudum os, Ulcus, Caries, Fiſtula, Cicatrix.

### 279. SOLUTA UNITAS.

IN omni partium firmarum ſolutione, ſi nihil de ſubſtantia ſit perditum nihilque alienum interpoſitum, ſolutorum requiritur *Adductio* 63. adductorum *Retentio* 64. atque *Conſolidatio* 154. Sed quia materies medica dictis locis recenſita eſt, non erit opus repetere.

### 280. FISSURA.

Solutio ſecundum oſſium longitudinem ad oſſium fracturas refertur; ſed rima oblonga in parte molli, uti in labiis, digitis, papillis mammarum, vel & in aliis partibus, ex nimia tenſione, nata, ad curationem exigit *Oleoſa mollia* 14. *Pinguia* 25. *Mucilaginoſa* 43. *Emollientia* 70. *Laxantia* 71. *Conſolidantia* 154. ut fibræ ſine ruptione facilius elongari, & majorem diſtendentem cauſam ferre queant ſine integra ſolutione.

### CATALOGUS.

Althææ rad.
amygdalæ dulces, & earum ol.
arabicum gum.
bolus Armena
butyrum inſulſum
cannabis ol. expr.
cera alba
. . flava

ce-

| | | |
|---|---|---|
| ceraſorum gum. | medulla Animalium | ſymphyti rad. |
| creta alba | olivarum ol. | tiliæ cort. |
| lactis cremor | ovi vitelli ol. | tragacanthum gum. |
| liliorum alborum bulbi | palmæ ol. | tritici ol. |
| lini ol. | papaveris albi ſem. ol. | verbaſcum |
| malva | pinguedo Animalium | xyli ſem. |

## 281. CORROSIO.

Partes firmæ ab incumbente vel transfluente humore acri conſumtæ medicamenta exigunt, quæ id acre emendant, qualia ſuo loco proponuntur; in hoc autem loco talia proferuntur, quæ partem firmam ita muniunt, ut non tam facile ab eo rodente affici poſſit, ut ſunt *Pinguia* 25. *Glutinoſa* 40. *Mollia* 42. *Mucilaginoſa* 43. *Obvolventia* 95. vel quæ *Diluendo* 87. & *Abſtergendo* 156. acre mitigant: vel quæ *Adſtringendo* 68. partes firmas magis cohærentes faciunt. Materiem medicam ex his compoſitam ſequens tradit

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Agrimonia | hyoſcyami ſem. ol. | pinguedo Animalium |
| alcea | ichthyocolla | piſtaciæ |
| alchimilla | lappæ rad. | plantaginis fol. ſem. |
| althææ rad. fol. | lilii rad. | populi gemmæ |
| amygdalæ dulces, & earum ol. | lini ſem. ol. | pſyllium |
| arabicum gum. | lotus | pulmonaria |
| bugloſſi flor. | malva | ſcabioſa |
| butyrum inſulſum | medulla Animalium | ſymphyti rad. |
| cannabis ſem. | meliloti flor. | tiliæ cort. |
| ceræ ol. | myrtus | tragacanthum gum. |
| ceti ſperma | nymphæa | tuſſilago |
| cydoniorum ſem. | ovi vitellus | verbaſcum |
| cynogloſſi rad. | papaveris albi ſem. ol. | viola |
| glycyrrhiza | pineæ nuces | xyli ſem. |

## 282. EXCORIATIO.

Partes ſenſu donatæ externæ epidermide, cavitates autem, quas tangit ambiens aer, epithelio, vel cavitates, ſinus, & canales interni muco naturali privati, a quovis attactu dolentes, obduci & muniri debent *Gummoſis inſipidis* 13. *Oleoſis mollibus* 14. *Pinguibus* 25. *Gelatinoſis* 40. *Mollibus* 42. *Mucilaginoſis* 43. *Lubricantibus* 67. *Obvolventibus* 95. & leniter *Adſtringentibus* 68. donec vel Epidermis, vel Epithelium, vel mucus ſanus renatus fuerit. Promovetur ſæpe quiete, *Anodyno* 135. & *Conſolidante* 154.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Abietis pulvis | bugloſſi flor. | ceti ſperma |
| acaciæ ſucc. fol. | burſa Paſtoris | creta alba |
| althææ rad. fol. | butyrum inſulſum | cydoniorum ſem. |
| amygdalæ dulces | calaminaris lap. | cynogloſſi rad. |
| arabicum gum. | cera | ficus |
| bolus Armena | ceraſorum gum. | filix |

 gly-

glycyrrhiza
hedera terreſtris
hyoſcyami fol. ſem.
ichtyocolla
lac
lactis cremor
lappæ rad.
lilii rad. antheræ
lini ol.
malva
medulla Animalium
olivarum ol.
ovi vitellus. oleum
palmæ ol.
papaveris albi ſem. ol.
paſſulæ majores
pineæ nuces
pinguedo Animalium
piſtaciæ
plantago
plumbi ſaccharum
pompholix
populi gemmæ
pſyllii ſem.
pumex lap.
ſarcocolla
ſcabioſa
ſymphyti rad.
tiliæ cort.
tragacanthum gum.
tritici ol.
tuſſilago
tutia
verbaſcum
violarum ol.
xyli ſem.

## 283. NUDA OSSA.

Ut partes molles integumentis privatæ Medicorum opem expoſtulant, ita oſſa carne vel membrana orbata corrumpuntur, & ſua propria auxilia exigunt, qualia ſunt

Agrimonia
ariſtolochiæ rad.
colophonia
copayva balſ.
iridis rad.
maſtix
myrrha
ruta
ſabina
terebinthina
thus.

## 284. ULCUS.

Soluta unitas in parte molli, fundens pus aut ichorem, vel cruſta aut ſordibus obſeſſa, varia genera medicamentorum externorum & internorum exigit: vel ad *Abſtergendum* 156. *Corrodendum* 72. *Corrigendum* 92. *Conſolidandum* 154. *Carne implendum* 148. *Cicatrice obducendum* 152. vel in variis corporis partibus. Quare in generali catalogo medicamina ad uſum quoque internum hoc (*) ſigno a ceteris diſtingui poſſunt, dum reliqua ad quoſdam titulos ſpeciales delata ſunt, ad quos plura medicamina ex generali titulo referri poſſunt.

## CATALOGUS.

Abietis ol.
* abrotanum
* abſinthium
acacia
* adianthum
æris flos, ærugo
æs uſtum
* agrimonia
* alchimilla
* aloe
alumen rupeum
. . . uſtum
* ammoniacum gum.
anagallis
* anethum
* apium
ari rad.
* ariſtolochiæ cavæ rad.
* . . . . fabaceæ rad.
* . . . . longæ rad.
* . . . . rotundæ rad.
* artemiſia
aſclepiadis rad.
bdellium gum.
* becabunga
bellis
* betonica
bilis
* borrago
botrys
bugula
burſa Paſtoris
calaminaris lap.
* canis album Græcum
* carduus benedictus
* caryophyllatæ rad.
* centaurium minus
ceterach
* chamædrys
* chamæpitys
chelidonium majus
* chinæ rad.
* cichorium
colophonia
* copayva balſ.
* cynogloſſi rad.
* cyperi rad.
* dens Leonis

 * dul-

* dulcamara
elaterii ſucc.
* endivia
* equiſetum
* eryſimum
eſulæ rad.
* eupatorium
euphorbium
farina volatilis
* filix
* fœniculum
* fumaria
* galbanum gum.
* gentianæ rad.
* geranium Robertianum
* glycyrrhiza
hæmatites lap.
hedera arborea
* . . . terreſtris
* hellebori nigri rad.
* hepatica
* hydrargyrus
* hypericum
* hyſſopus
* jalapæ rad. reſina
* japonica terra
* iridis rad.
* lapathi rad.
lapis infernalis
* lappæ rad. fol.
lemnia terra
* liguſtici rad. ſucc. expr.
lilii rad. fol.
* lingua Cervina
lupini ſem.
malva roſea
marinum ſal
* marrubium
* maſtix gum.
* mechoacannæ reſina
* mel
mezerei bacc.
* moſchata nux
* myrrha
nicotiana
* nitrum
* olibanum gum.
* ononidis rad.
* opopanax gum.
* origanum
* oſmunda
* ovi vitellus
* pareiræ bravæ rad.
* parietaria
perſicaria
* peruvianus balſ.
peucedani rad.
* piloſella
* pimpinella
* plantago
plumbi ſaccharum
poligonum
pompholix
primula veris
prunella
pſyllii ſem.
* pulmonaria
pumex lap.
* punicæ cort. flor.
pyrola
quercus fol.
* quinquefolii rad.
rhois ſem.
* roſæ rubræ
* ruta muraria
* ſabina
ſaccharum
* ſagapenum gum.
* ſalſaparilla
ſambuci medulla
* ſanicula
ſantalum citrinum lign.
* ſaponaria
ſarcocolla
* ſaſſafras lign.
* ſaxifragiæ rad. ſem.
* ſcabioſa
* ſcordium
ſepiæ os
ſigillum Salomonis
* ſolidago Saracenica
* ſophiæ ſem.
ſpongia
ſtannum
ſtaphidis agriæ ſem.
* ſtyrax
* ſymphyti rad.
* terebinthina
terra ſigillata
* thlaſpios ſem.
* thus
* tolutanus balſ.
* tormentillæ rad.
* trifolium odoratum
* tuſſilago
tutia
* valerianæ rad.
* verbena
* veronica
* vinca pervinca
* virga aurea
vitriolum
urticæ fol.

## ULCUS CACOETHES.

Abſinthium Vulgare
. . . . Romanum
acacia
ari rad.
camphora
canis album Græcum
carduus benedictus
colophonia
helleborus niger
hydrargyrus
japonica terra
lapathi rad.
marinum ſal
myrrha
nicotiana
nitrum
plantago
plumbum
pſyllium
ſophiæ ſem.
ſtannum
ſymphyti rad.
veronica
vitriolum.

Aca-

## ULCUS RHEUMATICUM.

Acacia
æris ærugo
æs uſtum
alchimilla
alumen rupeum
. . . uſtum
anagallis
ariſtolochia fabacea
calaminaris lap.
ceruſſa
colophonia
cynogloſſi rad.
cyperi rad.
farina volatilis
filix
hæmatites lap.
hypericum
lapathi rad.
lappæ rad.
lemnia terra
lingua Cervina
lithargyrium
marrubium
maſtix
minium
myrrha
piſoſella
plumbum
polygonum
pompholix
pulmonaria
pumex lap.
punicæ cort. flor.
quercus fol.
quinquefolii rad.
roſæ rubræ
ruta muraria
ſambuci medulla combuſta
ſarcocolla
ſepiæ os
ſtannum
ſymphyti rad.
terra ſigillata
thus
tutia
vitriolum.

## ULCUS SORDIDUM.

Abſinthium
acacia
æris ærugo
. . flos
æs uſtum
aloe
alumen rupeum
. . . uſtum
ariſtolochiæ cavæ rad.
. . . . longæ rad.
. . . . rotundæ rad.
artemiſia
aſclepiadis rad.
carduus benedictus
caryophyllatæ rad.
centaurium minus
chamædrys
chelidonium majus
dens leonis
elaterii ſucc.
eſulæ rad.
eupatorium
euphorbium
fumaria
gentianæ rad.
glycyrrhiza
lapis infernalis
perſicaria
peruvianus balſ.
peucedani rad.
pompholix
pyrola
ſabina
ſaponaria
ſcordium
ſolidago Saracenica
ſophiæ ſem.
thlaſpios ſem.
thus
vitriolum.

## ULCUS PULMONIS ET RENUM.

Adianthum aureum
. . . . vulgare
agrimonia
alchimilla
alkekengi
ammoniacum gum.
bdellium gum.
becabunga
bellis
betonica
borrago
botrys
bugula
calamintha
ceterach
chamædrys
chamæpitys
cichorium
copayva balſ.
dens Leonis
dulcamara
endivia
eryſimum
fœniculum
fumaria
galbanum gum.
hedera terreſtris
hepatica
hypericum
hyſſopus
lactuca
liguſtici rad. ſem.
lingua Cervina
marrubium album
maſtix
myrrha
nummularia
olibanum
ononidis rad.
opopanax gum.
origanum
pareiræ bravæ rad.
pim-

| | | |
|---|---|---|
| pimpinella | ſagapenum gum. | ſymphyti rad. |
| pineæ nuces | ſalſaparilla | terebinthina |
| primula veris | ſantalum citrinum lign. | thus |
| prunella | ſaponaria | tolutanus balſ. |
| pulmonaria | ſarcocolla | tragacanthum gum. |
| roſæ rubræ | ſtyrax | virga aurea. |

## ULCUS ORIS ET FAUCIUM.

| | | |
|---|---|---|
| Acacia | cochlearia | quinquefolii rad. |
| agrimonia | hedera terreſtris | roſæ rubræ |
| alkannæ rad. | mel | ſal prunellæ |
| alumen uſtum | nitrum | ſolidago Saracenica |
| biſtortæ rad. | plantago | veronica |
| brunella | punicæ cort. flor. | virga aurea. |

## 285. CARIES.

Oſſis quædam pars mortificata, friabilis facta, com quadam ſubſtantiæ amiſſione, quemadmodum in partibus mollioribus fit ulcus, ad ſuam curationem exigit medicamenta fortiora *Abſtergentia*, & etiam *Corrodentia*, atque ea, quæ medullæ corruptionem inhibent, qualia ſunt ſequentia.

| | | |
|---|---|---|
| Agrimonia | iridis rad. | ruta |
| ariſtolochiæ rad. | maſtix | ſabina |
| colophonia | myrrha | ſuccinum |
| euphorbium | olibanum | thus. |

## 286. FISTULA.

Ulcus canaliculatum, alte penetrans inter partes molles, plerumque originem ex oſſis carie, vel quadam cavitate, malum humorem fundente, ducens, ad exitum anguſtum & fere ſemper calloſum, eandem materiem medicam, quæ in *Ulcere* 284. & *Carie* 286. tradita eſt, exigit: niſi autem tollantur fomes, calloſaque latera, irrita erit curatio: præ ceteris ſequentia extolluntur.

| | | |
|---|---|---|
| Aloe | marrubium | ſanicula |
| ariſtolochiæ cavæ rad. | maſtix | ſcabioſa |
| . . . . longæ rad. | myrrha | ſcordium |
| chelidonium majus | nicotiana | ſepiæ os |
| gentianæ rad. | opopanax gum. | ſolidago Saracenica |
| hedera arborea | plantago | ſpongia |
| helleborus niger | ſambuci medulla | tutia |
| | | vitriolum. |

## 287. CICATRIX.

Veſtigium in parte molli poſt vulnera, combuſtionem, ulcera, variolas relictum, quoniam viſui utplurimum patet, & ſæpe alienum colorem habet, aut ſorditatem continet, ex materia medica ante curationem perfectam exigit ſæpe *Abſtergentia* 156. & *Veſicantia* 157. quæ ſorditates auferunt; vel leniter *Adſtringentia* 68. & *Siccantia* 66. ſi nimis protuberat; vel *Mollia* 42. *Abluentia* 87. ſi rodens ichor nimis profundam foveam relinqueret: poſt curatio-

rationem interdum deleri debet leniter *Corrodentibus* 72. *Abſtergentibus* 156. vel ſi debilior ſit *Spirituoſis* 17. & *Adſtringentibus* 68. roboranda.

## CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Amygdalæ | lac dulce, & ebutyratum | ovi vitellus |
| borax | medulla | pinguedo |
| bryoniæ rad. | mel | rapæ ſucc. |
| ceti ſperma | myrrhæ oleum | ſaccharum |
| erucæ ſem. | nitrum | tragacanthum gum. |
| fabarum far. | | vini ſpiritus. |
| hederæ ſucc. | | |

## CAPUT DUODECIMUM.

### Mutationis Firmarum Morbi.

*Tria genera morborum in hoc Capite occurrunt.*

I. *Qui pendent a firmiori partium minimarum nexu in parte majore, ut* Callus, Oſſificatio, Durities, Concretio.

II. *Situs ſeu loci mutatio facit* Herniam, *&* Procidentiam.

III. *Quantitatis mutatio alluentium humorum facit* Humiditatem, *&* Siccitatem.

### 288. CALLUS.

Corporis partes molliores continuata compreſſione vel compactu induratæ, magis exſuccæ, tenaciores & ſæpe craſſiores ſimul facta, quod *Callum* vocant, intermiſſo uſu Compingentium, ſponte iterum in priſtinum redeunt ſtatum, niſi ſit ex ſenectute, vel ſi oſſeam duritiem acquiſiverint: citius autem emollitur Callus *Farinoſis* 11. *Oleoſis mollibus* 14. *Mucilaginoſis* 43. *Humectantibus* 65. *Emollientibus* 70. *Laxantibus* 71. applicatis & exhibitis.

## CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Althææ rad. herb. ſem. | fabarum far. | pinguedo |
| amygdalæ dulces | ficus fruct. | portulacæ ſem. |
| arabicum gum. | lilii alba rad. fol. | tiliæ cort. |
| cannabis ſem. | lini ſem. ol. far. | verbaſci fol. flor. |
| cera alba, & flava | malvæ fol. flor. | violæ fol. |
| ceti ſperma | medulla Cervina | xyli ſem. |
| elemi gum. | meliloti flor. | |

### 289. OSSIFICATIO.

Si vero membranæ, ligamenta, cartilagines, aut vaſa in oſſis duritiem ſunt compacta, non novimus ullum auxilium, quo naturalis mollitudo reſtitui poteſt his partibus. Quæ narrant de Gramine Oſſifrago, non ita certa ſunt, ut fidere poſſimus; & in his non requiritur, ut omnia oſſa emolliantur, ſed ſola pars oſſificata eſt emollienda, quod ab aſſumto generali vix ſperari poteſt.

290.

## 290. DURITIES MORBOSA.

Partes naturaliter in morbis molles ſi ex morboſa cauſa induruerunt, materiem medicam variam exigunt.

Nam ex valida impletione, & aucto motu humorum in aliquam partem, *Humectantibus* 65. *Laxantibus* 71. *Evacuantibus ſine ſtimulo* 98. & *Frigeſacientibus* 126. emollitur.

Partes firmæ molles in callum compactæ generalem *Calli* 288. curationem poſtulant.

Sed humores compacti, concreti, coagulati, & in parte hærentes *Reſolventibus* 80. emolliendi.

## 291. CONCRETIO.

Partes, tam in liquoribus, quam partibus firmis noſtri corporis, ita inter ſe cohærentes, per quietem longiorem in contactu mutuo, factæ, ut denegent eam ſitus mutationem, quæ ad ſanitatem requiritur, in partibus firmis fere ſola ſectione vel frequentiori membri agitatione; in liquoribus vero per Reſolventia abſolvitur, quare non opus adjicere Catalogum.

## 292. HERNIA.

Cum Medici per Herniam varia morborum genera intelligant, materies medica huic morbo adaptata exhiberi nequit, ſed ex generali titulo Tumoris Hydrocelis, Bronchocelis, Sarcocelis, ad nomina Tumoris Aquoſi, Pituitoſi, Carnoſi, &c. referri debuit. In hoc autem loco proponitur materies medica, quæ adaptata eſt Herniis ex prolongatione vel ruptione lamellæ peritonæi, in umbilico, inguine, vel ſcroto, natis. Conſtat hæc præprimis *Adſtringentibus* 68. & *Roborantibus* 123. ſed ſi intromitti nequit hernia, *Emollientia* 70. & *Laxantia* 71. adhibentur, quæ per hoc (*) ſignum a reliquis diſtinguere valent Lectores.

### CATALOGUS.

Acacia
agrimonia
alchimilla
* althææ rad. fol.
amylum
armenius lapis
biſtortæ rad.
bolus Armena
calaminaris lap.
* cannabis ol. expr.
* cera
ceruſſa
cimolia terra
colophonia
corallina
creta
cupreſſi nux
filipendulæ rad.
fraxini cort.
galangæ minoris rad.
gallæ nuces
* hyoſcyami fol.
hypociſtidis ſucc.
* jura carnium
lapathum
lemnia terra
* lilii albi rad.
lingua Cervina
lithargyrium
magnes lapis
malvæ fol.
maſtix gum.
* medulla oſſium
muſcus Quercinus
myrtus
* oleum molle
oſmunda
oſteocolla
* papaveris fol.
piloſella
* pinguedo Animalium
plantago
plumbum
polygonum
pompholix
pumex
punicæ cort. flor.
pyrola
querni fol.
quinquefolii rad.
rhois ſem.
roſæ rubræ
rubiæ rad.
ruta muraria

| | | |
|---|---|---|
| ſanguis Draconis | tormentillæ rad. | verbena |
| ſanicula | tutia | * violæ fol. |
| ſantalum rubrum lign. | * verbaſci fol. | viſcum. |
| tamariſci cort. | | |

## 293. PROCIDENTIA.

Inteſtini recti ex ano utriuſque ſexus, & vaginæ, atque uteri prolapsus ex pudendis fœminarum, iiſdem auxiliis, quæ in *Herniis* 292. citata ſunt, curatur.

## 294. HUMIDITAS.

Si plus humidi partibus firmis intime miſtum ſit, quam requiritur in ſanitate, *Humiditate* affectas eſſe dicimus: quæ humiditas admodum magna copia admiſta, & firmas partes veluti obruens, ſi adſit, vocatur *Uligo*.

Medicamenta curantia hanc humiditatem, conſtant *Aromaticis* 9. *Siccantibus* 66. *Diſcutientibus* 101. *Moventibus* 116. *Stimulantibus* 117. *Roborantibus* 123. &c. quorum Tituli conſuli poſſunt, ſi in ſequenti Catalogo non ſufficiens medicamentorum ſit selectus.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Abſinthium | fraxini cort. | ſalvia |
| calaminaris lapis | hæmatites lap. | ſanicula |
| cardamomum | helenii rad. | ſardus lapis |
| caryophylli aromatici | hypociſtidis ſucc. | ſaſſafras lign. |
| . . . . Plinii | lavandula | ſepiæ os |
| caſtoreum | lemnia terra | ſophiæ ſem. |
| corallina | majorana | ſpica Nardi |
| creta alba | marum Syriacum | terræ oleum |
| croci flor. | maſtichinum lign. | terra ſigillata |
| cubebæ ſem. | matricaria | tolutanus balſ. |
| cuminum | mechoacannæ rad. | tutia |
| cupreſſi nux | meum Athamanticum | viſcum |
| ebur | pumex | vitriolum |
| eryſimum | punicæ cort. flor. | vvinteranus cort. |
| farina volatilis | roſmarinus | |

## 295. SICCITAS.

Defectus humoris tenuioris inter partes firmas, & ad ſuperficiem corporis, vel alicujus partis, vocatur *Siccitas*, quæ ad curationem exigit *Aquoſa* 3. *Nitroſa* 5. *Fructus horæos* 12. *Olera* 15. *Humectantia* 65. *Diluentia* 87. quorum Tituli in defectu ſequentis Catalogi inſpici poſſunt.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Acetoſa | ceti ſperma | jujubæ |
| althæa | citri ſucc. | lac ebutyratum |
| caſſiæ pulpa | citrulli ſem. | lactis ſerum |
| cera | hordeum | lilii rad. fol. |
| ceraſorum fruct. | japonica terra | limonum ſucc. |

mal-

malva
manna
mel
mercurialis
nitrum
perſicæ fruct.
prunorum fruct.
ſaccharum
ſal prunellæ
ſedum
tamarindi
tragacanthum gum.
violæ flor.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM.

### Senſus Morbi Raro Generales.

*Ut in præcedenti Sectione (Cap. 6.) exponuntur morbi ad ſenſum pertinentes, qui ſæpe generales obſervantur per totum corpus, ita in hoc, qui in variis partibus corporis obſervantur, & raro integrum corpus aggrediuntur, ut eſt* Arthritis, Podagra, Rheumatiſmus, & Pruritus. *Si autem alicui magis arrideat, hæc duo capita jungere, id ſine ordine interrupto quoque fieri poteſt.*

### 296. ARTRITIS.

Acrimonia ſpecialis in ſucco molli canaliculos nervoſos obvolvente latitans variis in corporis partibus, utplurimum dolorem vagum & diu durantem excitans, præcipue circa media membrorum, minus circa articulos, quam Podagra, *Arthritis* dicta, medicamentis *Aromaticis 9. Balſamicis* 10. *Reſinoſis* 16. & *Antiſcorbuticis* 183. emendatur, atque per talia *Diuretica* 104. & *Diaphoretica* 105. expelli ſolet: ſæpe etiam doloris vehementia *Narcotica* 136. applicanda poſtulat: quorum omnium ſequens eſt

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
alkekengi fruct.
ammoniacum gum.
ammoniaci ſalis ſpir.
antimonium
ari rad.
ariſtolochiæ rad.
aſari rad.
betonica
bryoniæ rad.
calamintha
camphora gum.
capparis radic. cort.
caranna gum.
centaurium minus
ceti ſperma
chamædrys
chamæmeli flor.
chamæpitys
chinæ rad.
cinamomi radic. ol.
cinnabaris nativa
cochlearia
curcumæ rad.
cynogloſſi rad.
ebuli cort. fol. flor.
fumaria
geniſtæ ſem.
gentianæ rad.
guajaci cort. lign.
helenii rad.
hermodactyli rad.
hyoſcyami ſem.
hypericum
imperatoriæ rad.
lappæ rad. fol.
matricaria
mechoacannæ rad.
meii rad.
millepedes
naſturtium
pæoniæ rad.
pareiræ bravæ rad.
pedro del Porco
perſicaria
peruvianus balſ.
petroleum
pix
polypodii rad.
pulegium
quinquefolii rad.
rhamni bacc. ſyrp.
roſmarinus
ruſci rad. ſem.
ſabina
ſalvia
ſalſa parilla
ſantalum citrinum lign.
ſaſſafras lign.
ſcabioſa
ſchœnanthi flor.
ſerpillum
ſinapi ſem.
ſymphyti rad.
tacamahaca gum.
terebinthina
terræ oleum
thymus
trifolium aquaticum
turbith rad.
verbena
veronica
urtica herba.

## 297. PODAGRA.

Dolor ſævus articulos excrucians, per paroxyſmos affligens, inviſibiliter evaneſcens, vel materiem calceam relinquens, medicamenta ſpecifica flagitaret, ſi exſtarent, ſed quia hucuſque non ſunt inventa, paroxyſmus tolerabilior eſt faciendus *Emollientibus* 70. *Laxantibus* 71. & *Lenientibus* 93. in ſummo autem dolore *Anodynis* 135. Extra paroxyſmum promovenda perſpiratio *Diaphoreticis* 105. & ſpontanea corruptio cohibenda *Condientibus* 82. Prodeſt maxime omne fermentatum evitare. Materies medica ex *Arthritide* 296. vel ſequenti Catalogo peti poteſt.

### CATALOGUS.

Ammoniaci ſalis ſpir.
auriculæ judæ
becabunga
betonica
bryoniæ rad.
cancrorum caro, ſucc.
chamædrys
chamæpitys
chinæ rad.
cichorium
cynogloſſi rad.
dens Leonis
dulcamaræ fol.
ebuli fol. flor.
fœni Græci farina
gentianæ rad.
glycyrrhizæ rad.
guajaci cort. lign.
hyoſcyami ſem.
hypericum
lappæ rad.
meliloti flor.
nicotiana
papaveris albi fol.
pareiræ bravæ rad.
parietaria
rubiæ rad.
ſalſaparilla
ſalvia
ſambuci fol.
ſaſſafras lign.
ſcordium
ſymphyti rad.
tacamahacæ ſucc.
verbaſcum
urticæ fol.

## 298. RHEUMATISMUS.

Catarrhus, Arthritis, Podagra, & Rheumatiſmus tam affines ſunt morbi, ut non raro promiſcue ab Auctoribus accipiantur, quare in aſſignanda virtute medicamentorum ſæpe committuntur errores: omnia inflammationis ſigna habet Rheumatiſmus, ſed ſæpe mutat locum, & quamvis diu ſævit, nunquam in ſuppurationem commutatur; major calor & febris adeſt, quam in Catarrho & Arthritide; minus infeſtus articulis, quam Podagra; plerumque robuſtos & exercitiis excalefactos aggreditur. Curatio optima hucuſque detecta nihil differt ab *Inflammatione* 248 quare ex eo Titulo materies medica peti poteſt.

## 299. PRURITUS.

Leviſſima nervorum ſentientium affectio, quæ ad ſcalpendum inſtigat, & ſcalpendi actione voluptatem percipere facit, licet poſtea ſæpe in dolorem convertitur, quia ſæpe generatur ab humore tenui acri & titillante, is humor *Acris* 202. eſt auferendus & corrigendus, quod multis fit medicamentis, quæ autem præcipua cenſentur, recipit.

### CATALOGUS.

Acetoſæ rad.
arabicum gum.
cancrorum oculi
citri ſucc.
cydoniorum ſem.
gutta gamba
hyoſcyamus
limonum ſucc.
malvæ arboreæ flor.
oſtreorum teſtæ
plumbi ſaccharum
ſcabioſa

ſe-

| | | |
|---|---|---|
| ſedum | tamariſci cort. | veronica |
| ſulphur | tiliæ cort. fol. | tragacanthum gum. |

## CAPUT DECIMUM QUARTUM.

### Motus Morbi.

*Morbi in partibus variis ad motum pertinentes* 1. *fiunt ex Motu aucto*, *ut* Gangræna; 2. *Motu mutato*, *ut* Repulſio; 3. *Motu impedito vel exſtincto*, *ut* Obſtructio, paralyſis, & Sphacelus.

### 300. GANGRÆNA.

INflammatio tam valida, ut minetur iſtius partis interitus; vel qui jam inchoavit, tam in partibus externis, quam internis; imo hujuſmodi introducta in humoribus mutatio per totum corpus, quando febris gangrænoſa poſſet vocari, ad Curationem exigit medicamenta, quæ in *Inflammatione valida* 248. præſcribenda ſunt, ubi horum Catalogus videri poteſt.

### 301. REPULSIO.

Humor morboſus applicatione adſtringentium, frigefacientium, narcoticorum, aut actu frigidorum, vel debilitate corporis, ex parte externa ad aliam internam & magis principem delatus, inde derivandus ad priorem locum, vel alium minus periculoſum per *Attrahentia* 129. & *Derivantia* 132. quorum materies medica ibi inveniri poteſt.

### 302. OBSTRUCTIO.

Impeditus tranſitus humorum per vaſa, ſive naſcitur ex infarctione, ſive compreſſione externa, ſive impletione aut conſtrictione laterum vaſorum, curatur medicamentis & auxiliis in *Reſolventibus* 80. & *Aperientibus* 122. traditis: ad ſpecialium autem partium obſtructionem ſequentia adhiberi poſſunt, uti ad obſtructionem

#### GLANDULARUM.

| | | |
|---|---|---|
| Bryoniæ rad. | ebuli cort. med. | verbena. |
| cubebæ ſem. | ſambuci cort. med. | |

#### HEPATIS

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | carthami ſem. | graminis rad. |
| abſinthium vulgare | caryophyllatæ rad. | lacca gum. |
| . . . . Romanum | chamæmeli flor. | liguſtici rad. ſem. |
| acori rad. | chelidonii majoris rad. | lupuli flor. |
| agallochum lign. | cichorium | millepedes |
| ammoniacum gum. | croci flor. | nephriticum lign. |
| amygdalæ amaræ | curcumæ rad. | opobalſamum |
| angelicæ rad. ſem. | dens Leonis | pæoniæ rad. |
| anonidis rad. | fœniculi rad. herb. ſem. | peruvianus balſ. |
| aſperula | fumaria | petroſelinum |
| becabunga | gentianæ rad. | peucedani rad. |

po-

polypodii rad.
raphanus ruſticanus
roſmarinus
rubiæ rad.
ruſci rad.
ſcordium
ſeſelios ſem.
ſolidago Saracenica
tartarus
tolutanus balſ.
valerianæ rad.
urticæ fol.
vvinteranus cort.

LIENIS

Abrotanum
acori rad.
ammoniacum gum.
amygdalæ amaræ
becabunga
caryophyllatæ rad.
chamæmeli flor.
cichorium
curcumæ rad.
dens Leonis
fœniculi rad.
fumaria
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
gentianæ rad.
graminis rad.
juniperi bacc. ol.
lacca gum.
liguſtici rad. ſem.
millepedes
nephriticum lign.
peruvianus balſ.
peucedani rad.
polypodii rad.
roſmarinus
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcordium
ſeſelios ſem.
ſolidago Saracenica
tartarus
tolutanus balſ.
valerianæ rad.
veronica
urtica
vvinteranus cort.

MESENTERII

Abrotanum
aloe
ammoniacum gum.
amygdalæ amaræ
betonica
bilis
chamæmeli flor.
cichorium
curcumæ rad.
endivia
eryngii rad.
fœniculi rad.
fumaria
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
imperatoriæ rad.
nephriticum lign.
perſicæ fol. flor.
petroſelini rad. ſem.
. . . . Macedonici ſem.
peucedani rad.
polypodii rad.
ſeſelios ſem.
tartarus.

VISCERUM

Abrotanum
abſinthium
artemiſia
ari rad.
aſclepiadis rad.
chenopodium
coſti rad.
curcumæ rad.
hedera terreſtris
majorana
marrubium
ſagapenum gum.
ſcillæ rad.
veronica.

303. PARALISIS.

Laxa impotentia movendi in muſculis ad motum alicujus partis deſtinatis, quoniam ex variis generatur cauſis, multiplicem materiem medicam exigit: curatur enim Frictionibus, *Aromaticis* 9. *Volatilibus* 46. *Acribus* 47. *Reſolventibus* 80. *Sudoriferis* 114. *Moventibus* 116. *Stimulantibus* 117. *Calefacientibus* 120. *Aperientibus* 122. *Veſicatoriis* 157. Varia hæc medicamentorum genera ſequens præbet

CATALOGUS

Abies
abſinthium
acori rad.
alumen plumoſum
ambra gryſea
ammoniaci ſalis ſpir.

ani-

animæ gum.
ari rad.
aſperula
benzoin gum.
betonica
calthæ flor.
cantharides
carduus benedictus
carlinæ rad.
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
caſtoreum
cataputiæ majoris ol. expr.
cataria
cepæ rad.
chamædrys
chamæmeli flor.
chamæpitys
cochlearia
coſti rad.
cubebæ ſem.
cyclaminis rad.
euphorbium
helenii rad.
imperatoriæ rad.
juniperi bacc. ol.
ladanum gum.
lavandula
lauri bacc.
leucoji flor.
lilii convallii flor.
majorana
marum Syriacum
meliſſa
millepedes
moſchata nux
napi ſem.
naſturtii ſem.
opobalſamum
origanum
paradiſi grana
petroleum
peucedani rad.
piper
rhamni bacc. ſyrp.
ribeſiorum fol.
roſmarinus
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſpica Nardi Indica
ſtœchados flor.
ſtyrax liquida
terræ oleum
thymus
urticæ rad. fol.
vvinteranus cort.

### 304. SPHACELUS.

Vitalis actio in quadam parte hominis viventis ita extincta, ut ea pars mortificata in eſcharam abeat, vel & ſimilis corruptela circulantibus inducta, duplicem exigit medelam: una quæ tendit ad interfecti ſeparationem, quod faciunt *Corrodentia* 72. *Eſcharotica* 73. *Exedentia* 74. *Auferentia* 99. *Abſtergentia* 156. altera ad progreſſionem & interfectionem corrupti præveniendam, quod præſtant *Putredinem cohibentia* 83. *Moventia* 116. *Stimulantia* 117. *Calefacientia* 120. *Cordialia* 124. ſi ex deficiente motu pars moriatur: ſed ſi poſt gangrænam ſequatur, medicamenta minus calida eſſe debent. Sequentia externe applicari ſolent, interna autem ex allegatis Titulis peti poſſunt.

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
ammoniacum ſal
calthæ flor.
camphora gum.
phellandrium
ruta
ſcordium.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

### Morbi Coloris Mutati.

*Partes firmæ omnes humoribus privatæ candidæ ſunt, omnique colore carentes, quare coloris mutationes humoribus vel ſanis, vel corruptis ſunt adſcribendæ: alienos colores per totum corpus diffuſos habent* Rubor, Phlogoſis, Livor, Nigror, Pallor, Flavus Calor, *&* Icterus: *ſed* Maculæ *limitatis locis a ceteris diſtinguuntur.*

### 305. RUBOR.

Globuli ſanguinis ſoli rubedine donati, quamdiu ſero & lympha ſunt diluti, & ſeparati, ſi colligantur in vaſis minimis pellucidis, partis Ru-

Rubedinem augent : quia autem hoc fit , ſi ſanguis ille majori impetu urgetur in aliquam partem , ut vaſcula dilatata rubrum hunc ſuccum recipiant , itaque *Adſtringentia* 68. *Motum minuentia* 125. & *Frigefacientia* 126. rubedinem curant : *Acida* 35. quoque ſanguini miſta rubedinem extinguunt . Ex his igitur materies medica peti poteſt . Verum adſtringentia non conveniunt ſua coagulante virtute , ſi major ſimul eſt in ſanguine concreſcendi potentia , uti in *Lentore* 188.

Sequentia extollunt ad

## FAUCIUM RUBEDINEM.

| | | |
|---|---|---|
| Acacia | malva roſea | piloſella |
| alumen rupeum | meſpili recens fruct. | rhois ſem. |
| limonum ſucc. | myrtus | ſal prunellæ |
| lingua Cervina | nitrum | ſiliqua dulcis. |

## 306. PHLOGOSIS.

Ad rubedinem cum incaleſcentia ſubito obortam , præprimis in facie , *Cacochymicis* 181. *Scorbuticis* 183. *Purulentis* 200. empyematicis , peripneumonicis , pleuriticis , & *Phthiſicis* 271. frequentem , ſubitoque evaneſcentem , nulla relinquentem veſtigia , adhibere ſolent eadem in *Rubedine* 305. citata , ſed ſuperari nequit ita ut non redeat , niſi dicti morbi curentur , quorum eſt ſymptoma , quare materies medica ex iis petenda .

## 307. LIVOR.

Quia ſanguis ruber majori copia in parte collectus pellicula pellucida tectus ; vel ſanguinis quidam globuli concreti ; aut materies melancholica in vaſculis pellucidis incepta , lividam faciunt partem , generalis materies medica livorem curans tradi nequit , ſed petenda ex dictis morbis , ut eſt *Coagulatio* 185. *Contuſio* 271. *Melancholia* 199.

## 308. NIGROR.

Nigror quoniam generatur ex iiſdem , ſed majoribus cauſis , quæ producunt *Livorem* 307. tum etiam ex *Sphacelo* 304. iſti igitur morbi materiem medicam ſuppeditare poſſunt .

Sequentia autem laudantur ad

## DENTIUM NIGROREM.

| | | |
|---|---|---|
| Cryſtallus montana | oſtreorum teſtæ | ſpongiæ combuſtæ pulvis . |
| japonica terra | pumex | |
| marinum ſal | ſepiæ os | |

## 309. PALLOR.

Pars vivens externa , & præprimis facies ſanguinis rubris globulis privata pallens non poteſt curari , niſi globuli majori copia regenerentur , vel ſanguis majori copia ad eam partem derivetur ; prima materies medica ex *Chloroſi* 184. deſumi poteſt : altera vero ex *Stimulantibus* 117. parti tali applicatis .

## 310. FLAVUS COLOR.

Flavus, gilvus, ſeu luridus color, quoniam producitur ex corruptis humoribus per vaſcula pellucida ductis, externis medicamentis elui nequit; ſed corruptio eſt in humoribus emendanda medicamentis in *Cacochymia* 181. traditis.

## 311. ICTERUS.

Flavus autem, ſeu auri, vel Croci color in cute & oculis apparens, qui in majori malo ad livorem vel nigrorem accedit a bile tingente productus, quem morbum *Icterum* vocant, ſequenti materia medica curari ſolet.

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
acaciæ flor.
acetoſæ rad.
ageratum
alkekengi fruct.
anonidis rad.
apium
aquilegiæ ſem.
ariſtolochia cava
. . . . rotunda
artemiſia
aſari rad.
aſparagi rad.
aſperula
aſplenium
becabunga
betonica
bilis
calamintha
calthæ flor.
cannabis ſem.
carthami flor.
caryophyllatæ rad.
cataria
centaurium minus
chamædrys
chamæmeli flor.
chamæpitys
chelidonii majoris rad.
. . . minoris rad.
ciceris ſem.
cichorium
coſti rad.
croci flor.
curcumæ rad.
cuſcuta
cyanus
cyclaminis rad.
dens Leonis
eryngii rad.
eryſimum
eupatorium
euphraſia
filipendulæ rad.
fœniculi rad.
geniſtæ ſem.
graminis rad.
hedera terreſtris
helenii rad.
lacca gum.
lapathi rad.
liguſtici rad. ſem.
lupuli flor.
marrubium
millepedes
muſcus Quercinus
myrra
origanum
pedro del Porco
perſicæ fol. flor.
petroſelinum vulgare
plantago
polium
polypodium
polytrichon
pulegium
quinquefolii rad.
rhabarbarum
roſmarinus
rubiæ rad.
ruta muraria
ſabina
ſaponaria
ſcorzonera
ſolidago ſaracenica
ſpica Nardi Indica
tamarindi
tamariſci cort.
valerianæ rad.
verbena
veronica
virga aurea
urticæ rad.

## 312. MACULÆ.

Colores citati varii, ut & alii plures, ſi non diſperſi ſunt æquabiliter per totam cutim, ſed guttularum vel ſtigmatum inſtar limitati ſunt, *Abſtergentibus* 156. leviterque *Corrodentibus* 72. ſunt auferendi, qualia ſunt, quæ recipit ſequens

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | centaurium minus | lauri bacc. |
| abſinthium | ceti ſperma | liguſtici rad. ſem. |
| agrimonia | chamædrys | lini far. ol. |
| ammoniacum ſal | colubrinum lign. | lupini ſem. |
| aquilegiæ ſem. | cyclaminis rad. | myrrha |
| balani myrepſicæ ol. expr. | cydoniorum ſem. | phellandrium |
| benzoin gum. | dens leonis | roſæ rubræ |
| bilis | elaterii ſucc. | ſabina |
| bryoniæ rad. | erucæ ſem. | ſalvia |
| calamintha | eupatorium | ſaponaria |
| cataputiæ majoris ol. expr. | fabarum ſem. florum aq. | ſcabioſa |
| . . . minoris ſem. | fœni Græci ſem. | ſepiæ os |
| | iridis rad. | xyli ſem. |

## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

### Inæqualis ſuperficies & cruſta.

*Hoc caput quatuor morborum ſpecies complectitur*, Aſpredinem *nempe*, Herpetem, Eſcharam, *&* Favum.

### 313. ASPREDO.

SUperficies externa cutis naturali pinguedine ita privata, ut ſquamulæ epidermidis elevatæ per exſiccationem, inæqualem admodum faciant ſuperficiem, quæ ad attactum dolet, ad curationem exigit poſt mollem *Abſterſionem* 156. medicamenta *Oleoſa* 14. *Pinguia* 25. *Mollia* 42. *Emollientia* 70. ut concilietur naturalis pinguitudo.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Amygdalæ dulces, & earum ol. | cera | malva |
| butyrum inſulſum | furfures | porci axungia. |
| cannabis ol. expr. | lactis flos | |
| | lini ol. far. | |

Magis autem conducunt *Mollia* 42. *Mucilaginoſa* 43. *Saponacea* 44. *Dulcia* 53. in

### ASPREDINE FAUCIUM.

| | | |
|---|---|---|
| Althæa | fœniculum | ſaccharum |
| borrago | glycyrrhiza | ſebeſten |
| bugloſſum | mel | ſiliquæ dulces |
| caſcarillæ cort. | pineæ nuces | tuſſilago |
| ficus | piſtaciæ | violæ fol. |

### 314. HERPES.

Ut humor acris ad cutim delatus cum pruritu, rubore, & excoriatione ſem-

ſemper prorepens, ſine febre, curetur per interna medicamenta, ſubigendum eſt id acre & expellendum, & quia in pueris utplurimum ex acido ſpontaneo generatur, adhibenda *Teſtacea* 23. *Terrea* 31. *Alcalia* 37. *Alcaleſcentia* 36. & præparata materies expellenda *Diaphoreticis* 105. Externe autem adhibentur *Adſtringentia* 68. *Abſorbentia* 100. & interdum *Abſtergentia* 156. medicamenta talia ex citatis Titulis vel ſequenti Catalogo peti poſſunt.

## CATALOGUS.

Abſinthii herb. ſal
acacia
arabicum gum.
ari rad.
cancrorum oculi
carlinæ rad.
cera
cervi cornu uſtum
ceruſſa
corallia rubra
croci flor.
geniſtæ ſal
lapathi rad.
lappæ rad.
lemnia terra
lini ol. far.
lithargyrium
mercurii æthiops
mercurius dulcis, & præcip. alb.
minium
myrtus
nicotiana
oleum molle
parietaria
piloſella
plumbi ſaccharum
polygonum
pompholix
ſalvia
tartari ſal.

## 315. ESCHARA.

Pars corporis vivens vi ignis, aut gelu, vel corrodente externo applicato, vel interno deſtructa, aut deficiente motu vitali, omni actione vitæ ita privata, ut reſuſcitari nequeat, ſemper ablationem eorum exigit; præter Chirurgica, ut Uſtionem, Sectionem, materies medica conſtat *Corrodentibus* 72. *Urentibus* 76. ut limites ponantur, & *Emollientibus* 70. *Laxantibus* 71. *Abſtergentibus* 156. ut promoveatur ſeparatio. Sæpe etiam ad infectionem arcendam ſimul adhibentur *Putredinem cohibentia* 83. ablata eſchara reliquum, ut ulcus 284. tractandum.

## 316. FAVUS.

Ulceris tumentis genus, quod multis cryptis ſeu cellulis eſt excavatum, inſtar ſpongiæ vel favi apum, per medicamenta *Abſtergentia* 156. ab inhærente muco eſt liberandum, atque per *Adſtringentia* 68. & leniter *Corrodentia* 72. eſt *Comprimendum* 61. Si tranſudans ichor ſit tenuis, acris, & rodens, quædam ex *Emollientibus* 70. ſunt adjicienda. Pro exemplo ſint ſequentia.

Abrotanum
abſinthium vulgare
. . . . Romanum
acacia
alumen
bilis
bryoniæ rad.
calaminaris lap.
chelidonium majus
colocynthis
creta alba
iridis rad.
lapathi rad.
lemnia terra
limonum ſucc.
lini ol. far.
malva
meliloti flor.
mercurius præcip. albus
. . . . . . ruber
. . . . . . viridis
myrtus
oſtreorum teſtæ calcinatæ
petroſelinum vulgare
plumbum
punicæ cort. flor.
rhois ſem.
ſabina
terra ſigillata
vitriolum.

# CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

## Tumores varii.

*Tumor Medicis & Chirurgis latiſſimam obtinuit ſignificationem : 1. ſi moles totius membri vel viſceris fiat major : 2. ſi pars membri ſatis magnam intumeſcentiam habeat : 3. illam autem intumeſcentiam duriuſculam, magnitudinem ovi gallinacei non ſuperantem frequentius vocant* Tuberculum : 4. *Exigui vero tumores inflammatorii* Puſtulæ *dicuntur, nam non inflammati, ſed duri, licet parvi etiam vocantur* Tubercula.

*Quoniam vero promiſcue hæ voces ſæpe uſurpantur, tria dicta genera priora eodem hoc capite complectar, de puſtulis autem parvis ſuperius* 255. *egimus.*

*Quidam ex his tumoribus fiunt a ſanguine collecto, ut* Aneuryſma, *&* Varix.

*Lympha tumorem faciens in* Veſiculis aquoſis, Hydrope, *&* Oedemate *obſervatur.*

*Inflammatorii autem tumores ſunt* Phlegmone, Furunculus, Carbunculus, *&* Terminthos.

*Purulenti tumores diſtinguuntur in* Abſceſſum, Sinum purulentum, *&* Vomicam.

*Tumores glandulis proprii ſunt* Scirrhus, Struma, Cancer, *&* Folliculoſi tumores.

*Tumores molles carnoſi ſunt* Excreſcentia, Sarcoma, Caruncula, Fungus, Ficus, Polypus tumor.

*Duri & calloſi tumores ſunt* Clavus, Ganglion, Verruca.

*Oſſeus tumor ad* Exoſtoſin *refertur.*

*Tumor vero flatulentus in* Inflatione *traditur.*

## 317. ANEURYSMA.

ANeuryſma verum, ex ſacco formato per dilatatas arteriæ tunicas, vel falſum, ex ruptione tunicarum effundente ſanguinem in laxiora vicina, præter Operationes Chirurgicas ex materia medica exigit *Auſtera* 60. *Adſtringentia* 68. *Coagulantia* 77. multum quoque conducit externe *Suſtentare* 64. ne nimis increſcat tumor.

### CATALOGUS.

Acacia
alchimilla
alumen
amylum
anagallis
armenius lapis
berberis fruct. ſucc.
biſtortæ rad.
bolus armena
calaminaris lapis
ceruſſa
cimolia terra
colophonia
creta
cydoniorum ſem.
hypociſtidis ſucc.
lapathi rad.
lemnia terra
lingua cervina
lithargyrium
lycoperdon
muſcus quercinus
oſmunda
ovi albumen
plantago
plumbum
polygonum
pompholix
punicæ cort. fruct.
quinquefolii rad.
rhois ſem.
roſæ caninæ fruct.
ſanguis draconis
ſolanum
tamariſci cort.
thus
tormentillæ rad.
tutia
viſcum
vitriolum.

## 318. VARIX.

Quæ dilatatio vaſis cum ſanguinis collectione in dilatatis arteriis vocatur aneuryſma, in venis ſi fiat, *Varix* appellatur: ſed quia in vena minus valet dilatans cauſa, & vena rupta facilius comprimitur, eadem eſt quidem materies medica 317. at ſufficit, ut ſint minus valida.

## 319. VESICULÆ AQUOSÆ.

Vaſa autem lymphatica diſtenta lympha, vel eadem in cellulis tunicæ cellularis collecta, vel latex ſupra cutim ſub epidermide collectus, ad curationem exigunt *Siccantia 66. Abſorbentia* 100. *Diſcutientia* 101. quorum materies medica ex allegatis titulis peti poteſt, ſi ſequens non ſufficit

### CATALOGUS.

Abrotanum
acacia
cuminum
cupreſſi nux
ebuli cort. fol. flor.
fraxini cort.
galangæ minoris rad.
iridis rad.
matricaria
muſcus quercinus
myrtus
oſmunda
plumbum
pumex
punicæ cort. flor.
rubiæ rad.
ſambuci cort. flor.

## 320. HYDROPS.

Lymphæ vel pituitæ collectio in cavis corporis cellulis, vaſis Lymphaticis dilatatis, vel & in tota parte tumente, hæcque per totum corpus, aut in quibuſdam ejus partibus, tam multas agnoſcit cauſas, ut generalis materies medica tradi nequeat; & quamvis hoc omittitur, medicamenta, quæ *Diſcutiunt* 101. *Alvum* 103. & *Urinam* 104. ducunt, vel quæ *Siccant 66. Adſtringunt* 68. *Reſolvunt* 80. *Calefaciunt* 120. *Roborant* 123. majorem copiam ſuppeditant, quam ut in ſequenti Catalogo recipi potuiſſent, quare præcipua duntaxat recenſebo.

* Hæc ſunt purgantia.

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
acaciæ flor.
acmella
acori rad.
ageratum
agrimonia
allii rad.
ammios ſem.
amomi ſem.
ariſtolochiæ rotundæ rad.
artemiſia
aſari rad.
aſclepiadis rad.
becabunga
bryoniæ rad.
calthæ flor.
cantharides
cardamomum
carduus benedictus
carlinæ rad.
* carthami ſem.
caryophyllatæ rad.
centaurium minus
cepæ rad.
chamædrys
chelidonium majus
ciceris ſem.
cichorium
* colocynthis
contrayervæ rad.
coſti rad.
cubebæ ſem.
cumini ſem.
cupreſſi nux
curcumæ rad.
cyani flor.
cyperi rad.
dauci ſem.
. . . Cretici ſem.
dens leonis
dulcamara
* ebuli cort.
* elaterii ſucc.

eru-

erucæ ſem.
eryſimum
eſulæ rad.
eupatorium
fœniculi rad.
fraxinellæ rad.
fraxini cort.
galangæ minoris rad.
geniſtæ ſem. ſal
gentianæ rad.
* gutta gamba
hederæ arboreæ bacc.
hedera terreſtris
helenii rad.
* hellebori nigri rad.
hyſſopus
* jalapæ rad.
imperatoriæ rad.
iridis rad.
juniperi bacc.
kali herba
lacca gum.
lauri bacc.
liguſtici ſucc. expr.
majorana
marrubium
marum ſyriacum
matricaria
* mezerei bacc.
mentha
millepedes
muſcus quercinus
naſturtii ſem.
nephriticum lign.
oſmunda
paradiſi grana
perſicaria
petroſelinum vulgare
plumbum
polium
pulegium
pumex
punicæ cort. flor.
raphanus ruſticanus
* rhabarbarum
* rhamni bacc. ſyrp.
rubiæ rad.
ruſci rad. ſem.
ſabina
ſagapenum
ſalvia
* ſambuci flor. cort. med.
ſantalum citrinum lign.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcordium
ſeſelios ſem.
* ſoldenella
ſpica nardi celtica
tanacetum
trifolium aquaticum
turbith rad.
verbena
virga aurea
vvinteranus cort.
zedoariæ rad.
zingiberis rad.

## HYDROPS CAPITIS.

Acori rad.
aſari rad.
cardamomum
caryophylli aromatici
chamædrys
chamæpitys
coſti rad.
cumini ſem.
cyperi rad.
galangæ minoris rad.
imperatoriæ rad.
iridis rad.
lavandula
majorana
malabathrum
marum ſyriacum
maſtix
meliſſa
moſchata nux
ocymum
origanum
polium montanum
roſmarinus
ſalvia
ſchœnanthi flor.
ſerpillum
ſileris montani ſem.
ſpica nardi celtica
. . . . indica
ſtœchados flor.

## HYDROPS PECTORIS.

Acori rad.
ammoniacum gum.
angelicæ rad.
aniſi ſem.
aſparagi rad.
bdellium gum.
benzoin gum.
bryoniæ rad.
caranna gum.
carduus benedictus
copayva balſ.
croci flor.
dauci ſem.
. . cretici ſem.
fœniculi rad. ſem.
. . . . dulcis ſem.
hedera terreſtris
helenii rad.
hyſſopus
imperatoriæ rad.
iridis rad.
juniperi bacc.
lauri bacc.
liguſtici ſem.
millepedes
myrrha
opobalſamum
opopanax gum.
origanum
peruvianus balſ.
petroſelini ſem.
ſabina
ſagapennm
ſalvia
ſcilla
ſeſelios ſem.
ſtyrax calamita
terebinthina
tolutanus balſ.
urticæ ſem.

## HYDROPS UTERI.

Abrotanum
ammios ſem.
anethum
aniſi ſem.
ariſtolochiæ rad.
aſa fœtida
aſparagi rad.
bryoniæ rad.
calamintha
cardamomum
coſti rad.
cubebæ ſem.
cyperi rad.
dauci cretici ſem.
dictamnus
fœniculi ſem.
. . . dulcis ſem.
imperatoriæ rad.
juniperi bacc. ol.
lauri bacc.
liguſtici ſem.
majorana
marum ſyriacum
matricaria
meliſſa
myrrha
opopanax gum.
peruvianus balſ.
petroſelini ſem.
roſmarinus
ſabina
ſalvia
ſeſelios ſem.
ſpica nardi utraque
ſuccinum
tolutanus balſ.

## 321. OEDEMA.

Tumor mollis, frigidus, foveam impreſſam diu retinens, in quadam corporis parte, præter generalem materiem in *Hydrope* 320. recenſitam, ob pituitæ collectæ tenacitatem, quoque exigit *Reſolventia* 80. *Diſcutientia* 101. *Moventia* 116. *Stimulantia* 117. *Calefacientia* 120. atque etiam *Suſtentantia* 64. Sequens materies medica pro exemplo ſufficere poteſt.

## CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
agni caſti ſem.
agrimonia
ammoniacum gum.
anethum
aſari rad.
bdellium gum.
bryoniæ rad.
canis album græcum
caranna gum.
carduus benedictus
caryophylli aromatici
cepa
chamæmeli flor.
chelidonium majus
cuminum
curcumæ rad.
cyclaminis rad.
ebuli cort. fol. flor.
eryngii rad.
eupatorium
fœni græci ſem.
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
geniſtæ ſem.
geranium robertianum
hederæ arboreæ bacc.
hedera terreſtris
hirundinum ſtercus
hyſſopus
imperatoriæ rad.
iridis rad.
juniperi bacc.
ladanum gum.
lauri bacc.
liguſtici fol. ſem.
lingua cervina
liquid-ambar
lupuli flor.
marrubium
matricaria
meliloti flor.
mentha
meii rad.
nicotiana
opopanax gum.
origanum
perſicaria
peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
petroleum
petroſelini Macedonici ſem.
peucedani rad.
phellandrium
pix
pyrethri rad.
reſina flava
ruta
ruta muraria
ſabina
ſagapenum gum.
ſalvia
ſambuci fol. flor.
ſanicula
ſaponaria
ſcordium
ſileris ſem.
ſinapis ſem.
ſophiæ ſem.
ſtyrax liquida
tacamahaca
terebinthina
terræ oleum
thus
thuya
thymus
tolutanus balſ.
trifolium aquaticum
vvinteranus cort.

## 322. PHLEGMONE.

Tumor inflammatorius limitatus in hac vel illa parte corporis externa, eandem exigit curationem externam, quæ in *Inflammatione* 248. tradita eſt, quare non opus eam repetere.

## 323. FURUNCULUS.

Ad Tuberculum durum dolens inflammatorium, raro magnitudinem ovi columbini ſuperans, ſubito ſæpe multis in locis ſimul vel ſucceſſive in ſumma cute natum, intus ſi rumpatur exhibens corpus ſubrubrum & albicans concretum, curandum, medicamentis externis utendum eſt, quæ conſtare debent *Emollientibus* 70. *Antiphlogiſticis* 96. & *Pus moventibus* 88. ut minus doleat, citius rumpatur, & ad perfectam curationem veniat. Talia recipit ſequens

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Acetoſa | ficus | mel |
| acetoſella | fœni græci far. | meliloti flor. |
| allii rad. | galbanum gum. | orobi ſem. far. |
| althææ herb. | hordei far. | ovi vitellus |
| ammoniacum gum. | ladanum gum. | panis |
| butyrum inſulſum | lilii rad. | pinguedo |
| cepa | lini ſem. far. | pix |
| cera | lupini ſem. far. | reſina flava |
| elemi gum. | malvæ herb. | terebinthina. |
| fabarum far. | medulla | |

## 324. CARBUNCULUS.

Tumor inflammatorius vehemens, furunculo major, apertus exhibens corpus concretum nigrum, externe plerumque multis exiguis puſtulis obſitus: interdum vero in peſte ſine præcedente inflammatione multa, ſimile corpus nigrum concretum exhibens, iiſdem medicamentis in *Furunculo* 323. recenſitis ad curationem deducitur.

## 325. TERMINTHOS.

Tumor inflammatorius, intus conficiens pus, ut *Phlegmone* 322. externe habens puſtulam nigram, ſimilem exigit medelam, quæ in *Inflammatione* 248. vel *Furunculo* 323. tradita eſt.

## 326. ABSCESSUS.

Pus in cavitate non limitata, vi morbi facta, collectum, vocatur *Abſceſſus*, qui vix aliquam differentiam in curatione præbet, ex quacumque præcedenti cauſa ſit natus, ſed in principio generationis, vel quando durior eſt, *Emollientibus* 70. & *Pus moventibus* 88. eſt tractandus; ſi vero ad ruptionem magis accedat, ea ruptio promovenda iiſdem, ut & *Oleoſis mollibus* 14. *Pinguibus* 25. *Humectantibus* 65. atque *Laxantibus* 71. ſed ſi ſponte non rumpitur, ſectione, vel *Corrodente* 72. aut *Eſcharotico* 73. aperiendus. Abſceſſus apertus

*Ab-*

*Abſtergendus* 156. atque dein *Balſamicis* 10. & *Carnem generantibus* 148. *Conſolidandus* 154.

Si vero pus copioſius generatur , illud ducendum ad urinæ vias per *Diuretica* 104. appropriata , & quæ nimiam *Puris generationem inhibent* 200. adhibenda .

Puris ſtagnantis putredo cohibenda *Antiſepticis* 83.

Generalia medicamenta his virtutibus prædita in Catalogo exhibentur ; plura inveniri poſſunt in citatis Titulis .

Interdum partes abſceſſu tentatæ ſpecialia magis exigunt , quare iſta proprio Titulo proponemus .

## CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
agrimonia
allii rad.
aloe
althææ rad. fol. flor.
ammoniacum ſal
ariſtolochiæ longæ rad.
artemiſia
bdellium gum.
benzoin gum.
butyrum recens
carduus benedictus
cepa
cera
chamæmeli flor.
chinæ rad.
copayva balſ.
dens leonis
dulcamara
elemi gum.
fabarnm far.
ficus
fœni græci far.
galbanum gum.
glycyrrhizæ rad.
hedera terreſtris
jujubæ fruct.
lactis cremor
ladanum gum.
lappæ rad.
liguſtici fol. ſem.
lilii albi rad.
lini ſem. far.
malva
marrubium
medulla oſſium
mel
meliloti flor.
mercurialis
olivarum ol.
opopanax gum.
orobi ſem. far.
petroſelini ſem.
pinguedo
pix
pulmonaria
raparum ol.
reſina flava
ſagapenum gum.
ſalſaparilla
ſaſſafras lign.
ſcabioſa
ſcordium
ſulphur
tacamahaca gum.
terebinthina
trifolii odorati flor.
tuſſilaginis fol. flor.
verbaſci fol. flor.
veronica .

## ABSCESSUS PECTORIS ET PULMONIS.

Althæa
ammoniacum gum.
benzoin gum.
copayva balſ.
ficus
glycyrrhiza
hedera terreſtris
jujubæ
lappæ rad.
lilii albi rad.
malva
mel
pulmonaria
ſcabioſa
tuſſilago .

## ABSCESSUS RENUM.

Althæa
dulcamara
glycyrrhiza
lappæ rad.
liguſticum
lini ſem.
malva
petroſelini ſem.
ſcabioſa
terebinthina .

## 327. SINUS PURULENTUS.

Intra partes molles formata ampla cavitas , pus continens vel colligens ,

quod per anguſtiam, longe a ſinu remotam, ſe evacuare nequit, ad curationem exigit, 1. ſitum partis, ut apertura ſit inferior; 2. modicam & æqualem *Compreſſionem* 64. ſupra ſinum, ut latera ſinus ad ſe invicem ducantur & retineantur; 3. aperturam novam factam ad decliviorem ſinus locum, vel dilatationem aperturæ. Reliqua depuratio & conſolidatio ab *Abſceſſu* 326. nihil differt.

## 328. TOMICA.

Abſceſſus parvus intus latens membrana veluti cinctus, quem *Vomicam* & *Phyma purulentum* vocant, ſæpe in pulmonem vel alio viſcere hærens, in curatione ab *Abſceſſu* 326. nihil differt, niſi quod validiore corporis agitatione ſit aperiendus.

## 329. SCIRRHUS.

Tumor durus, indolens, concolor, ex materia *Gelatinoſa* 187. humorum, vel *Melancholia* 199. concreta, in ſubſtantia glandulæ collecta, eamque infarciente, natus, ſi ſit recens, nulliuſque malignitatis particeps, ut & Tumor *Schirrhodes* in partibus carnoſis, exigit generalia *Reſolventia* 80. inter quæ ſequentia excellunt.

Abrotanum
ammoniacum gum.
anacardii ſucc.
angelicæ rad. ſem.
aniſi ſem.
ari rad.
aſari rad.
aſclepiadis rad.
bdellium gum.
bryoniæ rad.
canis album græcum
caranna gum.
carduus benedictus
cepa
chelidonii minoris rad.
cinnabaris nativa
cumini ſem.
cyclaminis rad.
ebuli cort.
elaterii ſucc.
eryngii rad.
eryſimum
euphorbium
filix
fœni græci ſem.
galbanum gum.
geniſtæ ſem.
hedera terreſtris
hydrargyrus
iridis rad.
juniperi bacc.
ladanum gum.
lappæ rad.
liquid-ambar balſ.
lupini ſem.
mandragoræ rad.
nicotiana
opobalſamum
opopanax gum.
pæoniæ rad.
peruvianus balſ.
petroleum
phellandrium
pix
polypodii rad.
reſina flava
roſmarinus
ruſci rad. ſem.
ruta muraria
ſabina
ſagapenum gum.
ſalſaparilla
ſambuci cort. medius
ſcrophularia
ſinapi
ſtyrax calamita, & liquida
tacamahaca gum.
terræ oleum
thus
thuya
tolutanus balſ.
verbena.

## 330. STRUMA.

Tumor durus indolens, frigidus, inſtar ſcirrhi, in glandulis hærens, ex materia lenta, pituitoſa, cruda, in glandula collecta, natus, *Struma* & *Scrophula* dictus, niſi ſit in glandula quadam libere hærente, quando *Glandula* vocatur, eadem medicamenta exigit, quæ in *Scirrho* 329. tradita ſunt, ſed magis calefacientia, quoniam in his minor degenerationis in cancrum ſit timor.

## 331. CANCER.

Ad tumorem durum, dolentem, pertinacem, lividum, aſperum, tandem venulis nigris circumfuſum, glandulam occupantem, ſequentia adhibent medicamenta; vel ut ichorem exſiccent; vel partem ambientem muniant; vel ſævientem dolorem mitigent, quare materia medica varia eſt.

### SICCANT ICHOREM

| | | |
|---|---|---|
| Acacia | plumbum | terra ſigillata. |
| creta | pompholix | |
| plantago | rhois ſem. | |

### MUNIUNT PARTEM

| | | |
|---|---|---|
| Butyrum inſulſum | pſyllium | tragacanthum gum. |
| cydoniorum ſem. | ſymphyti rad. | trifolii odorati flor. |

### DOLOREM LENIUNT

| | | |
|---|---|---|
| Hyoſciamus | ſambuci flor. | trifolii odorati flor. |
| meliloti flor. | ſolanum | |
| pſyllium | ſymphyti rad. | |

### CANCROSUM EMENDARE DICUNTUR

| | | |
|---|---|---|
| Abſinthium vulgare | cancrorum caro, ſucc. | lappæ rad. |
| . . . . Romanum | carduus benedictus | ſymphyti rad. |
| acetoſæ rad. | dulcamara | |
| aniſi ſem. | lapathi rad. | |

## 332. FOLLICULOSUS TUMOR.

Membrana folliculi glandulæ dilatata & incraſſata continens morboſam materiem, varia ex natura materiæ accipit nomina; nam ex pultacea materia contenta *Atheroma;* ex pinguitudine vel ſevo *Steatoma;* ex mellis denſitate & colore *Meliceris*; ex calculoſa materia *Lithiaſis*, frequens in tarſo palpebrarum; continens ſubpurulentum vocatur *Panus*. In omnibus his ſectione cruciali facta in integumentis, folliculus totus auferendus, & *Corroſa* 72. radice, ut *Ulcus* 284. tractandus: nonnulli ſolo *Corrodente* 72. cum infauſto exitu, & longa medela totum folliculum conſumere conati ſunt.

## 333. EXCRESCENTIA.

Partes noſtri corporis molles & etiam duræ, ſuſtentaculo privatæ, vel ſpeciali modo irritatæ, uti fit in carne luxurioſa circa oſſis cariem, morboſum incrementum in quadam parte acquirunt, quod præveniendum erat adhibito *Suſtentaculo* 64. aut emendato irritante: ſed ſi nata ſit Excreſcentia, abſciſſione, uſtione, ligatione, aut *Corrodente* 72. tollitur, vel *Siccis* 45. *Siccantibus* 66. *Adſtringentibus* 68. & leniter corrodentibus, cum æquabili preſſione, ſenſim conſumitur. Horum materiem medicam exhibet ſequens

## CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Acaciæ ſucc. | cupreſſi nux | plumbum |
| æris ærugo | cydoniorum ſem. | polygonum |
| agrimonia | hæmatites lap. | pompholix |
| alchimilla | hypociſtidis ſucc. | pſyllii ſem. |
| alumen | japonica terra | punicæ cort. flor. |
| amylum | lapathi rad. | rhois ſem. |
| armenius lap. | lazuli lap. | roſæ Caninæ flor. fruct. |
| berberis fruct. ſucc. | lemnia terra | . . rubræ flor. |
| biſtortæ rad. | lingua cervina | ſanguis draconis |
| bolus armena | lithargyrium | tamariſci cort. |
| calaminaris lap. | magnes lap. | thus |
| ceruſſa | minium | tutia |
| cimolia terra | muſcus quercinus | vitriolum |
| colophonia | oſmundæ rad. | xyli ſem. |
| corallium | pini cort. | |
| creta | plantago | |

## 334. SARCOMA.

Excreſcentia ſenſim nata, rubra, ſolida intus, & mollis inſtar carnis, ſive ſit caro ipſa quadam in parte ultra modum excreſcens, ſive alia pars nunc rubeſcens, ad curationem exigit *Compreſſionem externam* 61. *Suſtentationem* 64. & applicationem *Siccantium* 66. *Adſtringentium* 68. & *Abſorbentium* 100. quibus ulterius incrementum inhibetur, atque ſæpe etiam aufertur; vel tollenda *Sectione*, *Corrodentibus* 72. & *Exedentibus* 74. aut *Eſcharoticis* 73. materies medica ex iſtis titulis vel ſequenti Catalogo peti poteſt.

## CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Æris ærugo | chelidonium majus | polygonum |
| æs uſtum | creta alba | pompholix |
| alumen rupeum, & uſtum | cupreſſi nux | pumex lap. |
| | hæmatites lap. | punicæ cort. flor. |
| ammoniacum ſal | hypociſtidis ſucc. | ſanguis draconis |
| anacardii ſucc. | infernalis lap. | ſepiæ os |
| anonidis rad. | lemnia terra | ſpongiæ lap. |
| antimonium | magnes lap. | ſtaphidis agriæ ſem. |
| bolus armena | oſteocolla | terra ſigillata |
| borax | oſtreorum teſtæ | tutia |
| calaminaris lap. | plumbum | vitriolum. |

## 335. CARUNCULA.

Parvum, carnoſum, rubicundum Tuberculum, ſive quod ex parte quadam excreſcat, ſive quod partes minores ita intumeſcant, uti eſt caruncula rubra excreſcens in cantho majori oculi, quia ſæpe naſcitur in partibus ſenſu acuto præditis, ut circa oculum, in naribus, pudendis, & ano, *Comprimentia* 61. *Siccantia* 66. *Adſtringentia* 68. & *Corrodentia* 72. mitia eſſe debent: materies medica ex *Excreſcentia* 333. & *Sarcomate* 334. peti poteſt.

## 336. FUNGUS.

Tumor laxus, ſpongioſus, fungorum in vegetantibus inſtar, extra reliquam partem excreſcens, vel lata vel anguſta baſi, ut fit ex cerebro cranio ſuſtentante privato, ex cancroſis mammis, & aliis partibus, ſi fiat ex privatione ſuſtentaculi, novum artificiale 64. eſt adhibendum, ſimulque applicanda *Siccantia* 66. & *Adſtringentia* 68. ſi vero comprimi nequit, ſectione, ligatione, vel *Corrodente* 72. auferendus. Materies medica ex generali *Excreſcentia* 333. peti poteſt.

## 337. FICUS.

Sarcomatis 334. ſpecies, figuram fici habens, a tenui pedunculo pendens, circa anum, quando *Mariſca* vocatur, excreſcens, etiamſi aliud obtinuit nomen, quam *Excreſcentia* 333. *Sarcoma* 334. aut *Fungus* 336. materies tamen medica & medendi methodus a præcedentibus non differunt.

## 338. POLYPUS TUMOR.

Membrana pituitaria narium excreſcens, ita ut naſcatur tumor fungoſus interdum externe, interdum interne ex cavo narium propendens, generalem materiem medicam in *Excreſcentia* 333. traditam exigit: ſed quoniam adjunctam habet oſſis *Cariem* 285. & quoniam nares ſine ſternutamento non ferunt acria, medicamenta ad has quoque indicationes ſunt dirigenda.

### CATALOGUS.

Acaciæ ſucc.
agrimonia
alchimilla
alumen uſtum
armenius lap.
biſtortæ rad.
colophonia
cupreſſi nux.
cydoniorum ſem.
hæmatites lap.
lemnia terra
maſtix gum.
muſcus quercinus
olibanum gum.
plantago
plumbi ſaccharum
pompholix
punicæ cort. flor.
ſabina
ſanguis draconis
tamariſci cort.
tutia.

## 339. CLAVUS.

Tuberculum durum calloſum in cute hærens, ſupra aliquam partem oſſis prominens, natum ex frequenti cutis compreſſione ſupra oſſis eminentiam, ablata parte eminente calloſa inſenſili, applicatione *Emollientium* 70. abigitur.

### CATALOGUS.

Cera alba
. . flava
lilii rad.
perſicaria
pini reſina
pix
reſina flava
terebinthina.

## 340. GANGLION.

Tuberculum durum, inſtar nodi in tendine muſculi hærens, ſenſim natum, diu durans, ſine coloris in cute mutatione, plerumque ex contuſione ten-

tendinis vel valida muſculi conſtrictione ortum, ad ablationem ſui exigit applicationem medicamentorum *Reſolventium* 80. ex quibus hæc ſunt præcipua.

| | | |
|---|---|---|
| Ammoniaci ſalis ſpir. | leviſtici ol. | ſagapenum gum. |
| animæ gum. | maſtix gum. | ſambuci flor. |
| bryoniæ rad. | mercurius crudus, & | ſpicæ ol. |
| chamæmeli flor. | ejus æthiops | ſuccinum |
| copayva balſ. | myrrha gum. | terebinthina |
| galbanum gum. | peruvianus balſ. | terræ oleum |
| juniperi reſina | pini reſina | tolutanus balſ. |
| laurinum oleum | reſina flava | |

## 341. VERRUCA.

Tuberculum ex cute excreſcens, omni genere vaſorum donatum, ex lata baſi in mucronem deſinens, in multis ſæpe cutis locis, *Verruca* vocatur: ſi vero cacumen ſit præruptum, *Porrum* vocant: aſt, ſi anguſta ſit baſis, ut pedunculum faciat, *Verruca penſilis* audit: in his ſi copioſiſſima ſint vaſa arterioſa, ut ſanguine rubro turgeant, *Thymion* nuncupatur. Omnes hæ ſpecies auferuntur *Corrodentibus* 72. & fortiter *Adſtringentibus* 68. Acrochordon primo poteſt vel abſcindi vel ligatura injecta ſuffocari: *Thymion* præ ceteris Coagulantia ſtyptica exigit ob hæmorrhagiæ metum.

Pauca ſequentia ſufficere poſſunt; reliqua ex allegatis Titulis petenda.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Ærugo | canis album græcum | euphorbium |
| æs uſtum | cataputia major | galbanum gum. |
| alumen rupeum | . . . minor | mercurius præcip. albus |
| . . . uſtum | chelidonium majus | . . . . . . ruber |
| ammoniacum ſal | ciceris ſem. | mezerei bacc. |
| anacardii ſucc. | cyclaminis rad. | perſicaria |
| antimonii butyrum | elaterii ſucc. | petaſitidis rad. |
| calthæ flor. | eſula | vitriolum, & ejus ol. |

## 342. EXOSTOSIS.

Tumor durus oſſeus, ex oſſis ſubſtantia excreſcens, vel oſſis callus ſupra modum protuberans prævenitur *Suſtentaculo* 64. externe applicato, ſed nata exoſtoſis Chirurgica Operatione eſt *Auferenda* 99.

## 343. INFLATIO.

Partes vel ab aere, vel congeſto humore intumeſcentes variam materiem medicam exigunt: nam ſi fiat ab aeris collectione, hujus medicina in *Flatibus* 278. tradita eſt: ſi fiat ob majorem humoris impetum ad aliquam partem, in *Motu aucto* 218. inveniri poteſt materies medica: ob laxitatem partium ſi partes tument, hujus medicamenta 209. exhibita ſunt: generaliter *Diſcutientia* 101. interna & externa adhiberi poſſunt.

## SECTIO TERTIA.

Morbi particulares unicam partem, liquorem, vel actionem afficientes.

Qui in hac ſectione continentur morbi, ſi aliam aggrediuntur partem, nomen quoque ſimul mutant, & numquam univerſum corpus occupant, quare a præcedentibus ſatis diſtingui queunt: ſed coincidunt ſæpe cum morbis in Tertio Libro proponendis.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

### Tumores Particulares.

*Tria tumorum particularium genera inveniuntur.*

I. *Tumores varias partes invadentes, de quibus egimus, ſi aliquam partem occupant.*

II. *Tumores ex parte affecta nomen habentes, de quibus in ſequenti Libro.*

III. *Tumores, qui non ſatis commode ad duo priora genera potuerunt referri, ut* Angina, Parotis, Bubo, Empyema, Tympanites, Hæmorrhoides, *in hoc Capite traduntur.*

### 344. ANGINA.

Reſpirandi difficultas ex cauſa in faucibus hærente, plerumque tumore, liberum aëris tranſitum per tracheam arteriam impediente, ſæpe cum difficiliori deglutitione, quæ *Angina* vocatur, multas agnoſcit cauſas, ut *Eryſipelas* 249. *Inflammationem* 250. *Oedema* 321. & multas alias, quare ex arte medicamina addi nequeunt, etiamſi ab Auctoribus tanquam ſpecifica prædicantur: inter ea in frequentiſſimo ſunt uſu, quæ ſequuntur.

#### ANGINA ERYSIPELATOSA.

| | | |
|---|---|---|
| Acetoſa | lingua Cervina | rhois ſem. |
| biſtortæ rad. | meſpili fruct. recent. | roſæ rubræ |
| ceruſſa | nymphæa | ſambuci flor. |
| creta alba | papaveris rhæados flor. | ſedum |
| cydoniorum ſem. | plantago | terra ſigillata |
| hirundinum ſtercus | punicæ cort. flor. | tormentillæ rad. |
| lapathum | quinquefolii rad. | viola. |

#### ANGINA INFLAMMATORIA.

| | | |
|---|---|---|
| Acetoſa | lini ſem. far. | nitrum |
| althææ fol. | malva roſea | papaveris rhœados flor, |
| ficus | meliloti flor. | portulaca |
| lilii rad. | mercurialis | ſedum. |

#### ANGINA OEDEMATOSA.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | auriculæ Judæ | bryoniæ rad. |
| ammoniacum gum. | bdellium gum. | canis album Græcum |
| . . . . ſal | becabunga | cepa |

cha-

chamæmeli flor.
cuminum
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
geniſtæ ſem.
hedera terreſtris
iridis rad.
ladanum gum.
lauri bacc.
liguſtici rad. ſem.
lingua Cervina
matricaria
millepedes
phellandrium
pſyllii ſem.
pyrethri rad.
ruta
ſabina
ſagapenum gum.
verbena.

## 345. PAROTIS.

Parotides a reliquis *Abſceſſibus* 326. nihil differunt, niſi quod circa aures oboriantur, & ſæpe materiem morboſam in morbo acuto formatam huc delatam recipiant: quare ex dicto Titulo medicamenta peti poſſunt.

## 346. BUBO.

Inguinum tumores, præter *Herniarum* 292. ſpecies, quia varii ſunt, generalia auxilia tradi nequeunt: ſi fiant ex *Peſte* 161. *Venerea Lue* 162. *Phlegmone* 322. *Carbunculo* 324. *Abſceſſu* 326. *Scirrho* 329. *Struma* 330. medicamentis in iſtis morbis traditis tractandi.

## 347. EMPYEMA.

Puris collecti in cavo pectoris exitus naturalis quia fit vel per os cum excreatu, vel per urinæ vias, medicamenta *Expectorantia* 115. & *Diuretica* 104. primaria ſunt. Sed ad ſolvendam tenacitatem puris, & faciliorem eductionem promovendam, *Abſtergentia* 156. adjiciuntur: & ne remanens pus corrumpatur, *Condientia* 82. & *Putredinem cohibentia* 83. atque ut omne crudum citius in pus convertatur, adduntur *Pus promoventia* 88. denique vero ad finem vergente morbo, *Balſamica* 10. & *Conſolidantia* 154. exhibentur. Materiem medicam his virtutibus præditam in hac ſpeciali parte, ſequens exhibet

## CATALOGUS.

Adianthum
althææ rad.
ammoniacum gum.
amygdalæ dulces
aniſum
aſparagi rad.
bdellium gum.
benzoin gum.
betonica
bugloſſi flor.
caranna gum.
carduus benedictus
caſcarillæ cort.
cera
ceti ſperma
chamæpitys
chinæ rad.
copayva balſ.
croci flor.
dauci ſem.
dens Leonis
ficus
fœniculi rad. ſem.
. . . dulcis ſem.
glycyrrhizæ rad.
hedera terreſtris
helenii rad.
hypericum
hyſſopus
iridis rad.
jujubæ fruct.
juniperi bacc.
lappæ rad.
liguſtici rad. ſem.
malvæ flor.
mel
millepedes
muſcus pulmonaris
myrrha
nicotiana
opobalſamum
opopanax gum.
origanum
ovi vitellus
papaveris albi cap. ſem.
. . . erratici flor.
paſſulæ majores
. . . minores
peruvianus balſ.
petroſelini rad. ſem.
pineæ nuces
polytrichon
pulmonaria
ruta muraria

ſa-

ſabina
ſagapenum gum.
ſalvia
ſalſa parilla
ſcabioſa
ſcilla
ſcordium
ſebeſten fruct.
ſeſelios ſem.
ſtyrax gum.
ſulphur
ſymphyti rad.
terebinthina
thymus
tolutanus balſ.
tragacanthum gum.
tuſſilago
veronica
violæ fol. flor.
urticæ ſem.

## 348. TYMPANITES.

Ventris inferioris tumor flatulentus, ab aere in ejus cavitate contento natus, qui generatur motu inordinato vitali in ventris viſceribus aerem producente, vel effuſis humoribus putreſcentibus duplicem materiem medicam exigit: quorum medicaminum unum genus compeſcens inordinatum motum in *Mobilitate* 224. & *Convulſione* 236. alterum in *Corruptione* 166. & *Putredine* 167. traditum eſt. Quibus adjici poſſunt *Flatuum* 278. medicamenta.

## 349. HÆMORRHOIDES.

Hæmorrhoidales venæ circa anum ſanguinem fundentes, quando dicuntur *Hæmorrhoides apertæ*, *Adſtringentibus* 68. & *Coagulantibus* 77. compeſcuntur, atque præveniuntur *Alvum laxantibus* 102.

Sed tubercula dura dolentia circa anum, quæ *Hæmorrhoides cœcas* vocant, per *Adſtringentia* 68. *Anodyna* 135. & *Conſolidantia* 154. ſunt curanda.

Signo hoc * notata clauſas hæmorrhoides provocant.

### CATALOGUS.

* Aloe
althæa
anonidis rad.
ariſtolochia fabacea
bdellium gum.
becabunga
burſa Paſtoris
caſſiæ pulpa
* centaurium minus
* cepa
ceræ oleum
chamædrys
chamæmeli flor.
chelidonii minoris rad.
cucumeris fruct.
* cyclaminis rad.
cydoniorum ſem.
cynogloſſi rad.
equiſetum
ficus
* fici folia
filipendulæ rad.
* hirudines
hyoſcyami ſem.
* iridis rad.
lilii rad. fol.
lini ol. far.
meliloti flor.
millepedes
oſtreorum teſtæ
plantago
plumbum
polygonum
pompholix
pſyllium
quercus fol.
quinquefolii rad.
rhois ſem.
roſa rubra
ſapphirus lapis
ſcabioſa
ſedum
ſymphyti rad.
tamarindi
trifolii odorati flor.
tutia
verbaſcum
vinca pervinca
viſcum.

# CAPUT DECIMUM NONUM.

## Motus Particularis Morbi.

*Ex perturbato, alieno, & validiore motu fiunt* Vertigo, Sternutatio, Tuſſis, Singultus, Hyſterica paſſio, Hypochondriaca affectio, & Nauſea.

### 350. VERTIGO.

APparens rerum externarum vel & ipſius corporis in gyrum actio, dum tamen utraque quieſcunt, aut tali modo non moventur, *Vertigo* vocatur: quæ cum viſus obſcuratione juncta *Scotomia* audit, frequentiſſime ex debilitate & levi inordinato motu oritur, quare materies medica ex *Aromaticis* 9. *Spirituoſis* 17. *Volatilibus* 46. *Odoriferis* 49. leniter *Stimulantibus* 117. *Roborantibus* 123. & *Cardiacis* 124. deſumi ſolet.

#### CATALOGUS

Ambra griſea
betonica
calamintha
cardamomum
carduus benedictus
caryophylli flor.
caryophylli aromatici
caſtoreum
cataria
chamæpitys
chenopodium
cinnabaris nativa
citri cort.
colocynthis
coriandrum
cubebæ ſem.
cuminum
cuſcuta
doronici rad.
euphraſia
fabæ Ignatianæ
galangæ majoris, & minoris rad.
hellebori nigri rad.
hypericum
lavandula
lilii convallii flor.
majorana
marum Syriacum
matricaria
meliſſa
mentha
moſchus
ninzin rad.
ocymum
origanum
pæoniæ rad.
peucedani rad.
pulegium
roſmarinus
ſalvia
ſerpillum
ſinapis ſem.
ſpica Nardi Indica
ſtœchados flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum
thus
tiliæ flor.
veronica.
viſcum.

### 351. STERNUTATIO.

Recepti aeris in magna inſpiratione attracti, convulſificata conſtrictione pectoris ab irritamento narium concitata, violens per nares & interdum os exploſio, ſtimuli a membrana narium ablationem exigit, quod obtinetur *Mollibus* 42. *Diluentibus* 87. *Abſtergentibus* 156. naribus hauſtis.

#### CATALOGUS.

Alcea
agrimonia
althææ rad. fol.
amygdalæ dulces
arabicum gum.
butyrum inſulſum
cannabis ſem.
hydrogalac
hyoſciami fol.
lac dulce
lactis flos
lilii rad.
lini ſem.
malvæ fol. flor.
mel
mercurialis
papaveris albi fol. ſem.
roſæ pallidæ
tiliæ cort.
tragacanthum gum.
verbaſci flor.
viola.

## 352. TUSSIS.

Violens alterna ſpaſmodica aeris exploſio ſonora per rimam laryngis, qua conamur irritamentum in larynge vel trachea hærens expellere per os, quoniam curanda eſt ablatione irritantis, vel compeſcendo irritationis ſenſum, materies medica ex *Opiatis* 6. *Papaverinis* 7. *Oleoſis mollibus* 14. *Pinguibus* 25. *Mollibus* 42. *Mucilaginoſis* 43. *Dulcibus* 53. *Corrigentibus* 92. *Expectorantibus* 115. *Anodynis* 135. & *Antiſpaſmodicis* 236. pro diverſitate cauſæ, conſtare debet, quorum hæc ſunt præcipua.

Abrotanum
acori rad.
adianthum
agaricus
agrimonia
althæa
ambra griſea
ammoniacum gum.
ammoniaci ſalis ſpir.
amygdalarum amararum ol.
. . . . dulcium ol.
angelicæ rad.
aniſum
arabicum gum.
ariſtolochia rotunda
ari rad.
aſa fœtida
bdellium gum.
becabunga
bellidis flor.
benzoin gum.
bolus Armena
branca Urſina
butyrum inſulſum
calamintha
cancrorum oculi
cannabis ſem.
capillus veneris
caſcarillæ cort.
caſſiæ ligneæ cort.
caſtoreum
cataria
cera
cervi cornu uſtum
ceti ſperma
chamædrys
chenopodium
colocynthis
copayva balſ.
croci flor.
cucumeris ſem.
cuſcuta
cynogloſſi rad.
cyperi rad.
dactyli
dauci ſem.
. . . Cretici ſem.
dens Leonis
dulcamara
erucæ ſem.
eryſimum
eupatorium
ficus
fœniculi ſem.
. . . dulcis ſem.
galbanum gum.
glycyrrhizæ rad.
guajaci lign. cort.
hedera terreſtris
helenii rad.
hypericum
hyſſopus
imperatoriæ rad.
iridis rad.
jujubæ fruct.
juniperi bacc. ol.
lac
ladanum gum.
lappæ rad.
lemnia terra
liguſtici rad. ſem.
limaces
lini ol.
macis cort.
malva
manna
marrubium
maſtix
mechoacannæ rad.
mel
moſchata nux
muſcus Quercinus
myrrha
nicotiana
olibanum gum.
opium
opobalſamum
opopanax gum.
origanum
ovi vitellus
papaveris albi cap.
. . . rhæados flor.
parietaria
paſſulæ majores, & minores
peruvianus balſ.
petroſelinum vulgare
peucedani rad.
pineæ nuces
piſtaciæ ſem.
polypodii rad.
polytrichon
pulegium
pulmonaria
quinquefolii rad.
rapæ rad.
raphanus ruſticanus
ruta muraria
ſaccharum
ſagapenum gum.
ſalvia
ſalſaparilla
ſambuci flor. bacc. rob
ſanicula
ſantalum lign.
ſaſſafras lign.
ſcabioſa
ſcilla
ſcordium
ſcorzonera
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſtœchados flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum

| | | |
|---|---|---|
| ſulphur | tragacanthum gum. | violæ fol. flor. |
| ſymphyti rad. | trifolium aquaticum | urticæ ſem. rad. |
| terebinthina | tuſſilago | urtica mortua |
| thus | verbaſcum | xyli ſem. |
| thymus | verbena | zedoaria |
| tolutanus balſ. | veronica | zingiber. |

## 353. SINGULTUS.

Subita momentanea involuntaria & valida diaphragmatis contractio deorſum, dum ſimul ſtringitur larynx, ita ut in principio parum aeris intret cum ſono, dein integre ingreſſus ſupprimatur, interdum vero priorem ingreſſum non concedens, ſed ſtatim laryngem claudens, quoniam iiſdem cauſis, quibus generatur convulſio, producitur, eandem quoque materiem medicam 236. exigit: ſi vero oritur ab alienis in ventriculo contentis, *Vomitorio* 113. tollitur; ſed per abraſionem muci ex cavo œſophagi, deglutitione *Obvolventium* 95. & *Anodyni* 135. leniter; ex morbis autem acutis *Antiphlogiſtica* 96. exigit. Quare ſpecifica ſingultum compeſcentia ab auctoribus citata infidelia ſunt.

## 354. HYSTERICA PASSIO.

Convulſionis ſpecies in fœminis, quæ utplurimum ex ventre inferiore oritur, & ſurſum tendit, ac ſi globulus adſcenderet ad fauces, quas ita interdum obſtipat, ut ſuffocentur, & in animi deliquium cadant, ſequentibus medicamentis vel compeſci vel curari ſolet.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | caſtoreum | kermes grana |
| abſinthium | cataria | lavandula |
| acori rad. | ceti ſperma | lauri bacc. |
| agni caſti ſem. | chamæmeli flor. | liguſtici rad. ſem. |
| alcis ungula | chenopodium | lilii convallii flor. |
| ambra griſea | contrayervæ rad. | lingua Cervina |
| ammios ſem. | corallium | majorana |
| ammoniacum gum. | coſti rad. | matricaria |
| ammoniaci ſalis ſpir. | croci flor. | meliſſa |
| anethum | cuſcuta | mentha |
| angelicæ rad. | dauci ſem. | meii rad. |
| ariſtolochia rotunda | . . Cretici ſem. | moſchus |
| artemiſia | dictamnus | myrrha gum. |
| ari rad. | eryngii rad. | opium |
| aſa fœtida | ferrum | opopanax gum. |
| aſplenium | fraxinellæ rad. | origanum |
| aurantiorum cort. flor. | fumaria | pæoniæ rad. |
| betonica | galangæ minoris rad. | papaver |
| blatta Byzantia | galbanum gum. | peruvianus balſ. |
| calamintha | gentianæ rad. | petaſitidis rad. |
| camphora gum. | hypericum | peucedani rad. |
| capparis radic. cort. | hyſſopus | pulegium |
| carlinæ rad. | imperatoriæ rad. | ribeſiorum fol. |
| caryophyllatæ rad. | juniperi bacc. | roſmarinus |

rubiæ rad.
ruta
ſagapenum gum.
ſerpillum
ſpica Nardi Indica
ſtœchadis flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum
tacamahaca gum.
tolutanus balſ.
trifolium aquaticum
veronica
urticæ ſem.
vvinteranus cort.
zibethum
zedoariæ rad.

## 355. HYPOCHONDRIACA PASSIO.

Convulſionis ſpecies in viris, quæ in parte ſuperiore ventris ſub nothis coſtis præcipue ſentitur, ſequentibus medicamentis curari ſolet. Quæ vero ad *Melancholiam* 199. in hoc loco ſævientem referuntur, eo loco quærenda ſunt.

### CATALOGUS.

Abſinthium vulgare
. . . . Romanum
acori rad.
adianthum
alcis ungula
ambra griſea
ammoniacum gum.
ammoniaci ſalis ſpir.
angelicæ rad.
ari rad.
artemiſia
aſplenium
aurantiorum cort.
bugloſſi flor.
capparis radic. cort.
cardamomum
carlinæ rad.
caſtoreum
cataria
ceti ſperma
chamæmeli flor.
chenopodium
cochlearia
contrayervæ rad.
coſti rad.
cuſcuta
dauci Cretici ſem.
dens Leonis
dictamnus
eringii rad.
eryſimum
ferrum
filix
fumaria
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
graminis rad.
hedera terreſtris
hyſſopus
imperatoriæ rad.
kermes grana
lacca gum.
lavandula
liguſtici rad. ſem.
lilii convallii flor.
lupuli flor.
majorana
meliſſa
myrrha
opium
opopanax gum.
origanum
papaver
roſmarinus
ruta
ſagapenum gum.
ſaponaria
tolutanus balſ.
trifolium aquaticum
veronica
vvinteranus cort.
zedoariæ rad.

## 356. NAUSEA.

Inordinatus ventriculi motus faſtidium pariens, qui major factus ventriculi contenta per os ejicit, ſedatur ſequentibus: ſi vero ab alienis in ventriculo contentis generetur, ea *Vomitorio* 113. educenda prius.

### CATALOGUS.

Abſithium vulgare
. . . . Romanum
acetoſella
ambra griſea
aniſum
calamintha
caryophyllatæ rad.
cinamomum
citri ſucc. cort.
cuminum
galangæ minoris rad.
japonica terra
limonum ſucc.
maſtix gum.
meliſſa
mentha
moſchata nux
origanum
perſicæ fruct.
plantago
pulegium

ri-

| | | |
|---|---|---|
| ribeſiorum ſtoct. ſucc. | tamarindi | zedoariæ rad. |
| roſa rubra | vvinteranus cort. | zingiberis rad. |
| ſpica Nardi Indica | | |

## CAPUT VIGESIMUM.

### Evacuationis Morbi.

*Evacuationes particulares copioſiores ex naribus ſunt* Gravedo, *ex ventriculo* Vomitus, *ex pudendis virorum* Gonorrhœa, *& fœminarum* Fluxus albus.

### 357. GRAVEDO.

Copioſior muci in membrana pituitaria narium, ſinuum capitis, faucium, & laryngis proventus, quem ex gravitatis ſenſu *Gravedinem* vocant, per *Reſolventia* 80. naribus apta evacuatur.

Si vero humor ille ſit tenuis & acer, tuſſim aut ſternutamentum inducens, per *Diaphoretica* 105. vel *Sudorifera* 114. ducitur ad cutim, & in naribus ac trachea cohibetur, atque *Roborantibus* 123. & *Mollibus* 42. temperatur.

### IN GRAVEDINE EX MUCO CONDUCUNT

| | | |
|---|---|---|
| Animæ gum. | marum Syriacum | piper album, & nigrum |
| camphora gum. | maſtix gum. | pyrethri rad. |
| euphorbium (caute) | nicotiana | ſinapi |
| iridis rad. | nigellæ ſem. | ſtaphydis agriæ ſem. |

### GRAVEDINI EX CATARRHO MEDENTUR

| | | |
|---|---|---|
| Agrimonia | galangæ minoris rad. | origanum |
| angelicæ rad. | hyſſopus | pulegium |
| animæ gum. | imperatoriæ rad. | ſalvia |
| benzoin gum. | lac dulce | ſcabioſa |
| betonica | lavandula | ſtyrax gum. |
| camphora gum. | majorana | thus |
| contrayervæ rad. | maſtix gum. | zingiber. |
| cubebæ ſem. | | |

### 358. VOMITUS.

Contentorum ventriculi per os rejectio, ſi non oritur ex alienis in ventriculo, quando ſæpe *Vomitorio* 113. *Diluente* 87. & *Abſtergente* 156. evacuatio eſt promovenda, compeſcitur iiſdem, quæ in *Nauſea* 356. citata ſunt, vel & ſequentibus.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Agallochum lign. | aniſi ſtellati ſem. | carduus benedictu. |
| ambra griſea | berberis ſem. | caryophyllatæ rad. |
| amygdalarum dulcium ol. expr. | biſtortæ rad. | citri ſucc. cort. |
| anethi ſem. | calamintha | coriandri ſem. |
| | caranna gum. | croci flor. |

cy-

cydoniorum ſem.
fabæ
galangæ minoris rad.
hypociſtidis ſucc.
limonum ſucc.
maſtix gum.
meliſſa
mentha
moſchata nux
muſcus Quercinus
opium
perſicæ fruct.
plantago
punicæ cort. flor.
ribeſiorum fruct. ſucc.
roſa rubra
ſantalum citrinum lign.
ſuccinum
tacamahaca gum.
tormentillæ rad.
vvinteranus cort.
zedoariæ rad.

## 359. GONORRHOEA.

Seminis ex veſiculis ſeminalibus vel liquoris ex proſtatis copioſior effluxus, & continuata evacuatio, ſi ex Infectione *Venerea* 162. oritur, quando Gonorrhæa virulenta dicitur, iſtius morbi generalem curationem ſequitur: ſed in benigna Gonorrhæa per *Balſamica* 10. *Reſinoſa* 16. *Conſolidantia* 154. *Abſtergentia* 156. hæ partes ſunt depurandæ, atque dein *Adſtringentibus* 68. fluxus compeſcendus. Materies medica his accommodata in ſequenti Catalogo continetur.

### CATALOGUS.

Abietis ol.
adianthi pulvis adnaſcens
agrimonia
aſplenium
burſa Paſtoris
cannabis ſem.
cantharides
carduus benedictus
caſtaneorum cort. interior
copayva balſ.
cupreſſi nux
cynogloſſi rad.
eryngii rad.
fœniculi ſem.
fœniculi dulcis ſem.
guajaci lign. cort. reſina
lactucæ ſem.
mumia Perſica
muſcus Quercinus
nymphæa
peruvianus balſ.
pini reſina
plantago
portulaca
punicæ cort. flor. fruct. ſucc.
quercus fol.
rhabarbarum
rhois ſem.
ruſci rad. ſem. bacc.
ruta
rutæ murariæ pulvis adnaſcens
ſabina
ſaſſafras lign.
ſepiæ os
ſuccinum
ſymphyti rad.
tanaceti ſem.
terebinthina.

## 360. FLUXUS ALBUS.

Ex pudendis mulierum humoris, ſæpe ſubglutinoſi, effluxus copioſior auxilia ſequentia exigit, quæ conſtant *Balſamicis* 10. *Adſtringentibus* 68. *Calefacientibus* 120. *Roborantibus* 123. ſi autem ex *Venerea lue* 162. oritur, quando virulentus eſt, ſequitur iſtius morbi curationem.

### CATALOGUS.

Abrotanum
adianthum
agallochum lign.
agrimonia
alchimilla
ammios ſem.
aniſum
ariſtolochia fabacea
bdellium gum.
caryophyllatæ rad.
caryophylli aromatici
caſtaneorum cort. interior
caſtoreum
chamædrys
copayva balſ.
cryſtallus montana
cubebæ ſem.
curcumæ rad.
cynogloſſi rad.
ebuli lign.
ebur
filipendulæ rad.
fraxinellæ rad.

ga-

galangæ minoris rad.
ipecacuanhæ rad.
lucii piſcis mandib.
majorana
meii rad.
mumia Perſica
muſcus Quercinus
oſteocolla
peruvianus balſ.
piloſella
pini reſina
plantago
pulegium
punicæ cort. flor.
roſmarinus
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſepiæ os
ſolidago Saracenica
ſpica Nardi Indica
ſuccinum
tamariſci cort.
thus
viſcum
urticæ fol.

MATE-

# MATERIES MEDICA.

## LIBER TERTIUS.

## SECTIO PRIMA.

### Humorum Morbi.

Ut materies medica humoribus ſanis, quadam dein labe infectis, nam de morboſis humoribus ſuperius ( Lib. II. Cap. 3. ) actum eſt, adaptetur, hi in ſua genera & ſpecies erant dividendi: colligendo iſtos inveni commode in novem genera diſtingui poſſe, quæ ſuas dein ſpecies complectuntur. Novos coactus ſum fingere quoſdam titulos, quum tales diviſiones in Practicis invenire non potuerim, quamvis res ipſæ in praxi occurrant.

Copioſam his non adjeci materiem medicam, quoniam ex citatis locis in prioribus titulis comparari facile poteſt: volui tamen non omnino negligere, cum medicamenta omnia in citatis locis non ſint morbo propoſito ſatis accommodata.

## CAPUT PRIMUM.

### Circulatorii Humores Morboſi.

*Humores toti corpori inſervientes ſunt ſanguis & ſpiritus.* Sanguinis *autem nomine accipio maſſam ipſam rubram, ſerum, lympham, & gelatinam, quia iiſdem ducuntur arteriis ad omnes partes; reducuntur vero venis iiſdem, vel & aliis lymphaticis in has venas deſinentibus. Ad hunc Titulum quoque retuli* Menſes & Lochia.

Spiritum *quoque ad Circulatorios referre volui, etiamſi ſit liquor a maſſa communi ſecretus quia maximam partem redit effuſus in glandulas, lymphatica, vel cava corporis per venas lymphaticas & cruentas.*

## SANGUINIS MORBI.

Maſſa liquida, rubra, qualis ex corde ſiniſtro pellitur in arteriam magnam, variis generibus humorum conſtans, multis & diverſis afficitur morbis, uti *Craſſitudine* 171. *Tenuitate* 172. *Abundantia* 203. *Defectu* 204. *Errore loci* 208. & multis aliis, quorum morborum ex propriis titulis peti poteſt materia medica: quare ſola reſtat medicina ſanguinis evacuationi adaptata. Illa autem evacuatio duobus modis læditur; 1. ſi ſiſtitur, ut in *Menſium* 108. & *Lochiorum* 109. *Suppreſſione*, cujus auxilia tradita ſunt; 2. ſi fluat ſanguis cum detrimento ſanitatis, quare hoc in loco adducenda eſt materies medica, quæ

### 361. SANGUINEM PROFLUENTEM SISTIT.

Hoc obtinetur *Opiatis* 6. *Papaverinis* 7. *Emplaſticis* 38. *Auſteris* 60. *Comprimentibus* 61. *Suſtentantibus* 64. *Adſtringentibus* 68. *Coagulantibus* 77. *Incraſſantibus* 78. *Roborantibus* 123. *Motum minuentibus* 125. *Frigefacientibus* 126. *Obſtruentibus* 128. externe & interne adhibitis.

Quæ in Catalogo hoc * notantur ſigno, in Hæmoptoe & uſu interno præcipue conveniunt.

Ex eodem quoque Catalogo deſumi poſſunt, quæ ſunt adhibenda in *Vomitu*, *mictu*, & *alvi fluxu cruento*, atque in *menſium* & *lochiorum profluvio*.

## CATALOGUS.

* Acaciæ ſucc. fol.
* agrimonia
* alchimilla
alumen rupeum
. . . uſtum
* anagallis
* arabicum gum.
aranearum tela
* ariſtolochiæ cavæ rad.
* . . . . fabaceæ rad.
* berberis fruct.
* betonica
* biſtortæ rad.
* bolus Armena
* burſa Paſtoris
caſtaneorum cort. interior
* ceti ſperma
chalcitis
* cinamomum
* corallina
* corallia
* cupreſſi nux
* cydoniorum ſem.
* cynogloſſi rad.
* ebur
* equiſetum
farina volatilis
ferrum acido corroſum
* filipendulæ rad.
* fraxini cort.
* graminis rad.
* granatus lap.
gypſum
* hæmatites lap.
* hedera terreſtris
* hominis cranii uſnea
* hyoſcyami ſem.
* hypociſtidis ſucc.
* japonica terra
* ichtiocolla
* lappæ rad.
* lemnia terra
* lingua Cervina
linteum combuſtum
lycoperdon
magnes lap.
maſtichinum lign.
* maſtix gum.
meſpili fruct. rec.
* mumia Perſica
* muſcus pulmonaris
* . . . Quercinus
* nitrum
* myrtus
* nymphæa
ovi album
* papaveris albi cap.
* . . . rhæados flor.
* parietaria
* piloſella
* pimpinella
* pineæ nuces
* piſtaciæ
* plantago
* plumbi ſaccharum
* polygonum
* polytrichon
* pulmonaria
* punicæ cort. flor.
* pyrola
quercus cort. fol.
* quinquefolii rad.
* rhabarbarum
* roſæ rubræ
. . caninæ flor. fruct. ſpong.
* rhois ſem.
rubrica fabrilis
* ſanguis Draconis
* ſanicula
* ſantalum rubrum lign.
* ſapphirus lap.
* ſarcocolla
* ſardus lap.
ſedum
* ſima ruba cort.
* ſophiæ ſem.
ſorbi fruct.
ſpongia
* ſymphyti rad.
* tamariſci cort.
terra ſigillata
* tormentillæ rad.
* tragacanthum gum.
* verbaſcum
* vinca pervinca
* virga aurea
* viſcum
vitriolum
* urticæ rad. fol.

*Seri*, *Lymphæ*, & *Gelatinæ* concreſcibilis ad ignem morbi, quia ex generali titulo ſanguinis intelligi poſſunt, non eſt opus novos adjicere: hoc in genere notare oportet, hos humores ſanos numquam evacuari debere, quare in morboſa horum evacuatione auxilia peti poſſunt ex generali hoc titulo.

## 362. MENSIUM MORBI.

Sanguinis ſani ſingulis menſibus evacuatio ex pudendis fœminæ maturæ ætatis, nec gravidæ, nec lactantis, quatuor præprimis modis vitiari ſolet.

1. Si parcus fluat, vel omnino ſubſiſtat 108.

2. Si

2. Si majori copia fluat, frequentius redeat, præmaturius appareat, vel ultra ætatem continuetur: hujus auxilia ex *Sanguinem fluentem ſiſtentibus* 361. peti poſſunt.

3. Si ſanguinis profluentis color, odorve alienus ſit, cujus auxilia ex *Cachexia* 182. & *Chloroſi* 184. patent.

4. Si menſtruantes variis ſymptomatibus afficiantur. Hæ medicamentis in *Mobilitate* 224. traditis liberantur.

Sequentia præſcribuntur in

## MENSIBUS SUPPRESSIS.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | curcumæ rad. | pæoniæ rad. |
| abſinthium vulgare | cyperi rad. | peruvianus balſ. |
| . . . . Romanum | dauci ſem. | petaſitidis rad. |
| acori rad. | . . Cretici ſem. | petroſelinum vulgare |
| agaricus | dictamnus | . . . . Macedonicum |
| aloe | eryngii rad. | phellandrium |
| ammoniacum gum. | eupatorium | polium |
| amomi ſem. | fabæ Ignatianæ | polypodii rad. |
| angelicæ rad. ſem. | ferrum | pulegium |
| ariſtolochia rotunda | fœniculi rad. ſem. | roſmarinus |
| artemiſia | . . . dulcis ſem. | rubiæ rad. |
| aſa fœtida gum. | fraxinellæ rad. | ſabina |
| aſclepiadis rad. | hederæ arboreæ bacc. | ſagapenum gum. |
| aſperula | hedera terreſtris | ſalvia |
| aurantiorum cort. | hydrargyrus | ſaſſafras lign. |
| borax | iridis rad. | ſaxifraga |
| calamintha | juniperi bacc. ol. | ſchœnanthi flor. |
| calthæ flor. | kali | ſcillæ rad. |
| capparis radic. cort. | lauri bacc. | ſerpillum |
| caryophyllatæ rad. | liguſtici rad. ſem. | ſeſelios ſem. |
| caſtoreum | liquid-ambar | ſileris ſem. |
| cataria | majorana | ſpica Nardi Indica |
| centaurium minus | marrubium | ſtœchados flor. |
| cepæ rad. | matricaria | ſuccinum |
| chamædrys | meliſſa | tanacetum |
| chamæmeli flor. | naſturtium | thuya |
| chenopodium | opopanax gum. | veronica. |
| coſti rad. | | |

## 363. LOCHIORUM MORBI.

In fœminis poſt partum profluens ex pudendis ſanguis, iiſdem modis vitiari poteſt, ut notavimus in *Menſibus* 362. iiſdemque auxiliis eget, ſed promptioribus, quia ſanguis ſtagnans in uteri vaſis dilatatis, vel in uteri cavo effuſus, concreſcens, mole & corruptela ſuperveniente plura mala infert. Conducit admodum hypochondria liberare ab omni compreſſione, ſed ſuſtentare ſumen lato cingulo. Materies medica ex præcedenti titulo omnis peti poteſt.

## 364. SPIRITUUM MORBI.

Liquoris tenuiſſimi, pellucidi, in cerebro & cerebello ſecreti, per canali-

culos ad omnes noſtri corporis partes delati, ut fiat ſenſus, motuſque animalis & vitalis, defectus facit *Motum minutum* 218 *Frigiditatem* 221. *Pareſin* 226. *Debilitatem* 232. *Stuporem* 242. *Paralyſin* 303. hujus autem motus major & turbatus producit *Calorem* 226. *Convulſionem* 236. *Spaſmum* 237. & multos alios morbos, quorum materies medica ex allatis locis peti poteſt.

## CAPUT SECUNDUM.

### Saponacei & Præparantes Humores Morboſi.

*Ingeſta alimenta, ut exuant propriam, ſed induant noſtri corporis naturam, in omnibus ſuis partibus ſtatim erant ſolvenda, ad quod faciendum confluunt eo* Saliva, Succus Pancreaticus, Bilis, & Salivoſus humor, *quorum præcipui morbi in hoc Capite exponuntur.*

### 365. SALIVÆ MORBI.

Liquor pellucidus, aquoſus, inſipidus, ſaponaceus, glandulis, ut & extremitatibus arteriarum & nervorum a communi maſſa ſecretus, in os confluens, *Defectu*, *Abundantia*, & *Aliena qualitate* vitiari poteſt; de quibus omnibus videri poteſt Patris mei Comp. med. Tract. 88.

### 366. PANCREATIS SUCCI MORBI.

Liquor ſalivæ ſimilis, ſpeciali glandula, quam Pancreas vocant, ſecretus, in duodenum effuſus, iiſdem morbis, qui in *Saliva* 365. obſervantur, afficitur, atque iiſdem auxiliis eget: ea vero medicamenta, quibus ejus auſteritas, acrimonia, amaritudo, cruditas, & multi alii morbi curantur, ut quidam proferunt, quoniam ex hypotheſi, minime vero ex obſervatione practica ſunt excogitata, adjicere nolui.

### 367. BILIS MORBI.

Succus ſaponaceus amarus in hepate & veſica fellea ſecretus, in duodenum delatus, ut chylo tranſeunti miſtus promoveat alimentorum præparationem, ſi deficiat, vel aliena qualitate vitietur, multi inde fiunt morbi, qui appropriata exigunt medicamenta.

In Bilis enim Defectu medicamenta requiruntur, tali fere virtute prædita, ut eſt bilis propria virtus, qualia ſunt *Aloetica* 1. *Bilioſa* 24. *Saponacea* 44. *Amara* 52.

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium
ageratum
alkekengi fruct.
aloe
bilis
carduus benedictus
centaurium minus
chamæmeli flor.
cichorium
dens Leonis
fabæ Ignatianæ
fraxinellæ rad.
fumaria
gentianæ rad.
helenii rad.
hypericum
lupuli flor.
marrubium
myrrha
pedro del Porco
ſaponaria
ſileris ſem.
tanacetum
trifolium aquaticum
veronica.

Quæ

Quæ autem Bilim Viſcidam & Inertem emendant, ſimili fere virtute prædita ſunt, ut ex ſequenti Catalogo patet.

## CATALOGUS.

Abſinthium vulgare
. . . . Romanum
agaricus
aſari rad.
carduus benedictus
centaurium minus
chelidonium majus
cichorium
croci flor.
curcumæ rad.
dens Leonis
fraxinellæ rad.
gentianæ rad.
marrubium
pedro del Porco
pimpinella
polium
ſcammonium
ſileris ſem.
ſolidago Saracenica
ſtœchados flor.
trifolium aquaticum.

Sed Bilem Tenuem Acrem Exæſtuantem emendantia recipiunt *Mucilaginoſa* 43. *Adſtringentia* 68. *Incraſſantia* 78. *Abſorbentia* 100. *Frigefacientia* 126. ex quibus præcipua ſunt, quæ ſequuntur.

Acetoſa
althææ rad. herb.
amylum
arabicum gum.
bolus
borraginis rad.
bugloſſi rad.
capparis radic. cort.
corallia
creta
cryſtallus montana
cucumeris ſem.
cydoniorum ſem. fruct.
hordeum
japonica terra
lactucæ fol. ſem.
lingua Cervina
malvæ flor. ſem.
myrtus
nymphææ fol. flor.
papaveris albi ſem.
. . . rhæados flor.
parietaria
perlæ
plantaginis rad. [fol. ſem.
polygonum
polytrichon
portulaca
prunorum fruct.
pſyllii ſem.
punicæ cort. flor. fruct. ſucc.
quinquefolii rad.
rhois ſem.
roſæ Caninæ fruct.
. . pallidæ
. . rubræ
rubiæ rad.
ſantalum citrinum lign.
. . . rubrum lign.
ſapphirus lap.
ſedum
ſolani hortenſis fol.
ſuccinum
tormentillæ rad.
tragacanthum gum.
violæ flor.

Bilis Acris & tenax exigit *Fructus horæos* 12. *Olera* 15. *Aceſcentia* 34. *Acida* 35. *Reſolventia* 80, ex quibus ſequentia cenſentur præſtantiſſima.

Acetoſa
acetoſella
aſparagi rad.
aurantiorum ſucc.
caſſiæ pulpa
cichorii rad. fol.
citri ſucc.
dens Leonis
endivia
limonum ſucc.
perſicæ fruct.
prunorum fruct.
ribeſiorum fruct.
tamarindorum fruct.
tartarus.

Bilis calculus ſulphureus, flammam alens, in veſica fellea vel ductu choledocho hærens ſolvitur *Oleribus* 15. *Sulphureis* 30. *Alcalinis* 37. *Saponaceis* 44. *Reſolventibus* 80.

## CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthii ſal
abſinthium Romanum
aloe
bilis
carduus benedictus

cen-

| | | |
|---|---|---|
| centaurium minus | dens Leonis | polychestus ſal |
| chelidonium majus | fumaria | ſaponaria |
| cichorium | gentianæ rad. | tanacetum |
| curcumæ rad. | myrrha | terebinthinæ ol. |

### 368. SALIVOSI HUMORIS ORIS, VENTRICULI, ET INTESTINORUM MORBI.

Liquor ſalivæ & ſucco pancreatico ſimilis ex tota interna oris, faucium, œſophagi, ventriculi & inteſtinorum facie exhalans, iiſdem quoque morbis affici poteſt, & medicamentis eget. An hujus copioſior proventus facit Diarrhœam ſeroſam?

## CAPUT TERTIUM.

### Nutrientes Humores Morboſi.

*Loco humorum nutrientium Veterum Chyli, roris, cambii, & glutinis, ſubſtitui* 1. Chylum *liquorem in nobis nutrimentum præbentem*, 2. Lac, *quod præbetur infantibus*. 3. Fœtus liquorem, *quia fœtus in utero hærens ex eo quoque nutrimentum capit*. 4. Semen, *quia prima rudimenta nutritionis etiam continet*.

### 369. CHYLI MORBI.

Humor albicans ſeu lactei coloris ex aſſumtis, ſaliva 355. ſucco pancreatico 366. bile 367. & humore ſalivoſo 368. compoſitis conſtans, in ventriculo, inteſtinis, vaſis lacteis hærens, & tandem ſanguini traditus, varios patitur morbos. Ejus imperfecta confectio *Cruditas* vel *Cacochilia* dicta medicamentis in *Cacochymia* traditis curatur: deficiens abſorptio & copioſior depoſitio ex aliis morborum deſcriptionibus peti debet.

### 370. LACTIS MORBI.

Liquor Chyloſus 369. ſanguini traditus, actione vitali ulterius elaboratus, ſpeciali motu mammarum in fœminis præprimis poſt partum, a communi maſſa in mammis ſecretus, & dein per papillam evacuatus, ſi parcius generatur, alimentis eupeptis, chyli confectionem promoventibus 369. & ad mammas derivantibus, ejus generatio eſt promovenda.

Signo * hoc notata externe applicantur, & quædam quoque ex his cibo admiſcentur.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| * Althææ rad. | * erucæ ſem. | * lini ſem. far. |
| * anethi fol. | fœniculi rad. fol. ſem. | * nigellæ ſem. |
| * aniſi ſem. | . . . . dulcis ſem. | ova ſorbilia |
| * apii fol. | jura carnium | panis bene fermentatus |
| * braſſica | lac dulce | petroſelinum vulgare |
| caro Vitulina | . . . ebutyratum | . . . . . Macedonicum |
| * chamæmeli flor. | lactis cremor | pineæ nuces |
| cucurbitæ fruct. | lactucæ ſem. | piſtacia |
| dens Leonis | * liguſtici rad. ſem. | |

* po-

* polygalæ fol.
* ſambuci fol.
tragopogon
* verbena
* vinca pervinca.

Sequentia autem mammis applicata Lac diſcutere perhibentur.

Acetum
apium
calamintha
camphora
coriandrum
cucurbitæ ſem.
cuminum
fœniculi ſem.
. . . dulcis ſem.
geranium Robertianum
matricaria
mentha
ocymum
petroſelinum vulgare
plantago
polygonum
portulaca
ruta
ſalvia
ſedum.

Lac vero in mammis coagulatum *Reſolventia* 80. exigit, ex quibus præcipua ſunt

Aniſum
apium
braſſica
ceti ſperma
chamæmeli flor.
fœniculum dulce
matricaria
mentha
petroſelinum vulgare
ruta
ſaccharum
ſalvia
ſeſeli.

## 371. FOETUS LIQUORIS MORBI.

Liquor concreſcibilis albuminis ovi inſtar, in quo natat fœtus, quemque aſſumit, donec tandem liquor ille amittat omnem concreſcibilem potentiam, ſed commutetur in liquorem glutinoſum viſcoſum, in partu effluentem ad lubricandus vias, ſi deficit, vel aliena qualitate ſit donatus, nulla arte emendari poteſt: ſed ſi præmature effluxerit, illæ viæ ad facilitandum partum obducendæ *Lubricantibus* 67. *Oleoſis* 14. & *Pinguibus* 25. mollibus.

## 372. SEMINIS MORBI.

Liquor in teſtibus a communi maſſa humorum ſeparatus & elaboratus, in paraſtatis, vaſis deferentibus, & veſiculis ſeminalibus ulterius confectus, ſi deficit vel parcius generetur, ex ætate nullam medelam capit; ſed in ætate matura materiem accipit ex *Nutrientibus* 150. atque copioſius ſecernitur *Specificis ſtimulantibus* 141. quæ fere omnia ſunt Diuretica. Præcipua ex his cenſentur ſequentia.

Abelmoſchi
ambra gryſea
amygdalæ dulces
aſparagi
cantharides (gr. j *ad* ij)
caro mollis
caryophylli aromatici
. . . . Plinii
caſtanea
cataria
cerebra animalium
chocolada
croci flor.
cubebæ ſem.
dactyli
dauci ſem.
erucæ herb. ſem.
eryngii rad.
fabæ
galangæ minoris rad.
horminum
lilii convallii flor.
medulla animalium
meii rad.
moſchata nux
moſchus
napi rad. ſem.
naſturtii herb.
nigellæ ſem.
ninzin rad.
orchidis rad.
oſtrea
paſtinacæ rad.
phaſeoli
pineæ nuces
piper
piſtacia
pyrethri rad.
ſcincus

ſco-

| | | |
|---|---|---|
| ſcolymus | urticæ ſem. | zingiber . |
| thlaſpios ſem. | zibethum | |

Majori autem copia confectus & involuntarie effluens, quia ſummopere debilitat, medicamentis *Adſtringentibus* 68. & *Refrigerantibus* 126. eſt ille effluxus cohibendus. Præcipua ex his ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Acaciæ ſucc. fol. | hyoſcyamus | plumbi ſaccharum |
| acetoſæ ſem. | lactucæ fol. ſem. | portulaca |
| alchimilla | lapathum | quinquefolii rad. |
| alkannæ rad. | lens paluſtris | rhois ſem. |
| biſtortæ rad. | muſcus pulmonaris | roſa Canina |
| burſa Paſtoris | muſcus Quercinus | ſanguis Draconis |
| cannabis ſem. | myrtus | tamariſci cort. |
| cicuta | nitrum | tormentillæ rad. |
| cucumeris ſem. | nymphæa | tragacanthum gum. |
| cydoniorum ſem. | parietaria | viſcum . |
| hæmatites lap. | plantago | |

## CAPUT QUARTUM.

### Excrementitii Humores Morboſi.

*Tria ſunt genera excretionis, quæ ſemper fieri debent, quibus ingeſtorum recrementa, & humores in nobis inſerviendo inutiles facti, atque partes firmæ detritæ eliminantur, ut & morbi materies. Tales ſunt* Alvi egeſtio, Urinæ evacuatio, & Perſpiratio. Sudor *autem caſu prodeſt.* Lachrymæ *vero dum evacuantur, magnum uſum ad humectandos & abſtergendos oculos præbent.*

### 367. ALVI EGESTIONIS MORBI.

ETiamſi in ſanis alvi excrementa proxime ad corpora mollia accedunt, hanc tamen evacuationem a reliquis avellere nolui, quia eodem modo ut alii excrementitii humores formantur & ejiciuntur, horum diverſi morbi materiem medicam exigentes ſunt præprimis *Alvi fluxus*, *Cholera*, *Alvi difficultas*, *Alvi lævitas*, *Teneſmus*, & *Alvus adſtricta*.

### ALVI FLUXUS.

Quæ omnem nimiam Alvi dejectionem compeſcunt, hoc Titulo traduntur, quæ enim alvum modice egerentem conſtipant inter morborum cauſas referuntur.

Non omnia eandem virtutem poſſident, quia interdum primo exturbanda ſunt excrementa per *Purgantia* 103. ſæpe derivatio eſt facienda ad cutim per *Sudorem* 114. vel auctam *Perſpirationem* 105. non raro ſtatim conamur *Aromaticis* 9. *Adſtringentibus* 68. *Calefacientibus* 120. *Roborantibus* 123. compeſcere fluxum; vel ſiſtimus motum inordinatum *Opiatis* 6. *Papaverinis* 7. *Hypnoticis* 143. aut ſi acre adſit, id *Obvolventibus* 95. tentamus mitigare. In tam varia materia medica ſequentia excellunt.

| | | |
|---|---|---|
| Acaciæ ſucc. fol. | agrimonia | alumen rupeum |
| acetoſæ rad. | alchimilla | amygdalæ dulces |
| acetoſella | althæa | arabicum gum. |

ber-

berberis ſem.
biſtortæ rad.
bolus Armena
. . candida
burſa Paſtoris
calamintha
canis album Græcum
caryophyllatæ rad.
caſcarillæ cort.
caſtanea
cera
chamæmeli flor.
cinamomi cort. & fruct.
ol. expr.
contrayervæ rad.
copayva balſ.
corallium
cryſtallus montana
cupreſſi nux
cydoniorum ſem.
cynogloſſi rad.
dactyli
equiſetum
fabæ
filipendulæ rad.
fœnum Græcum
granatus lap.
hæmatites lap.
hedera arborea
. . . terreſtris
hordeum
hypericum
hypociſtidis ſucc.
japonica terra
ichthyocolla
ipecacuanhæ rad.
hermes grana
ladanum gum.
lapathi rad.
lauri bacc.
lilii rad. fol.
lingua Cervina
lini ol.
lupini ſem.
maſtichinum lign.
maſtix gum.
mentha
meſpila rec.
moſchata nux
muſcus Quercinus
. . . pulmonaris
myrobalani
myrtus
ninzin rad.
nymphea
opium
ovi vitellus coctus
papaveris albi cap.
pedro del Porco
peruvianus balſ.
piloſella
pimpinella
pinguedo
plantago
polygonum
portulaca
pſyllii ſem.
punicæ cort. flor.
pyrola
quercus folia
quinquefolii rad.
rhabarbarum
rhois ſem.
roſæ Caninæ fruct.
. . rubræ
ſabina
ſanguis Draconis
ſaphirus lapis
ſarcocolla
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſima ruba cort.
ſolidago Saracenica
ſophiæ ſem.
ſuccinum
ſimphyti rad.
tamarindi fruct.
tamariſci cort.
terebinthina
terra ſigillata
thus
tiliæ cort. fol.
tormentillæ rad.
trifolii odorati flor.
verbaſcum
verbena
vinca pervinca
virga aurea
viſcum
xyli ſem.
zedoariæ rad. ſem.

## CHOLERA.

Violentam deorſum per anum & ſurſum per vomitum ejectionem, præprimis materiæ biliosæ, *Choleram* vocare ſolent: ſi vero eodem modo emittuntur multi flatus, *Choleram ſiccam* vocant. Quando per *Diluentia* 87. ſatis depuratæ ſunt primæ viæ, per *Adſtringentia* 68. *Anodyna* 135. & *Acre bilioſum temperantia* 366. tentant inordinatum compeſcere motum. Hujus materia ex generali alvi fluxu peti poteſt: præ ceteris autem laudantur

Acetoſa
biſtortæ rad.
bolus Armena
calamintha
cryſtallus montana
cydoniorum ſem.
diaſcordium
ninzin rad.
nymphæa
papaveris albi cap.
pedro del Porco
plantago
polygonum
theriaca.

## ALVI DIFFICULTAS.

Quæ Alvi difficultatem, quam vocant *Dyſenteriam*, curant, non multum di-

diſtant ab iis, quæ in generali alvi fluxu citata ſunt, niſi quod ad exturbandam materiem acrem ſæpius eluamus inteſtina, & ad compeſcendum dolorem atque motum inordinatum inteſtinorum frequentius adhibeantur *Anodyna* 135. Ex communi titulo medicamentorum, quæ alvi fluxum compeſcunt, ſequentia præſtantiſſima cenſentur.

Acaciæ ſucc. fol.
acetoſæ rad.
acetoſella
agrimonia
alchimilla
althæa
arabicum gum.
berberis ſem.
biſtortæ rad.
bolus candida
burſa Paſtoris
canis album Græcum
caryophyllatæ rad.
caſcarillæ cort.
cera
cinamomi ol. expr.
contrayervæ rad.
copayva balſ.
corallium
cryſtallus montana
cupreſſi nux
equiſetum
fabæ
granatus lap.
hedera terreſtris
hordeum
ichtyocolla
ipecacuanhæ rad.
kermes grana
ladanum gum.
lilii rad.
lingua Cervina
lini ol.
lupini ſem.
maſtix gum.
mentha
moſchata nux
muſcus Quercinus
myrobalani
myrtus
nymphæa
opium
ovi vitellus
papaveris albi cap.
peruvianus balſ.
piloſella
pimpinella
plantago
polygonum
portulaca
pſyllii ſem.
punicæ cort. flor.
pyrola
rhabarbari rad.
rhois ſem.
roſæ Caninæ fruct.
. . rubræ
ſapphirus lap.
ſarcocolla
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſima ruba cort.
ſymphyti rad.
terebinthina
thus
verbaſcum
verbena
vinca pervinca
virga aurea
viſcum
xyli ſem.

## ALVI LÆVITAS.

In Alvi vel inteſtinorum lævitatis, quam vocant *Lienteriam*, curatione aliquomodo recedunt a generali alvi fluxus curatione; ſeceſſus enim materiæ chyloſæ ſæpe Lacteorum obſtructionem a materia viſcida arguit, quare materia medica magis ex *Aromaticis* 9. *Calefacientibus* 120. *Roborantibus* 123. & *Reſolventibus* 180. conſtat; uti ſunt

Abſinthii ſal
angelicæ rad.
cardui benedicti ſal
cinamomum
galangæ minoris rad.
imperatoriæ rad.
maſtix gum.
mentha
moſchata nux
myrobalani
roſmarinus
tartari ſal
virga aurea
zedoariæ rad.
zingiberis rad.

## TENESMUS.

Continua ſeu frequens alvum egerendi cupiditas, in qua præter aliquid muci aut ſanguinolenti nihil memorabile excernitur, ad curationem exigit *Balſamica* 10. *Pinguia* 25. *Mollia*, 42. qualia ſunt ſequentia.

Althæa
chamæmeli flor.
fœnum Græcum
hypecacuanha
lini ol.
papaveris albi cap.

| | | |
|---|---|---|
| pinguedo | terebinthina | trifolii odorati flor. |
| quinquefolii rad. | tiliæ cort. flor. | verbaſcum. |
| ſabina | | |

## ALVUS ADSTRICTA.

Si Alvus non reddit ſua excrementa tempore ſolito; vel ſi illa nimis ſunt indurata, medicamentis eſt ſuccurrendum: omnia medicamenta *Alvum laxantia* 102. & *Alvum ducentia* 103. huc pertinuiſſent: ſed quia multa poſt operationem alvum conſtipatam relinquunt, ea præſcribi ſolent, quæ *Alvum laxant* 102. & ſimul laxam conſervant.

Si indurata ſunt excrementa, Alvum laxantibus adduntur *Emollientia* 70. & *Diluentia* 87.

Meconium retentum leniſſima *Alvum laxantia* 102. exigit.

Materies ex allegatis titulis peti poteſt, vel ex ſequenti Catalogo.

| | | |
|---|---|---|
| Ammoniacum gum. | mel | polypodii rad. |
| bilis | mercurialis | prunorum fruct. pulpa |
| caſſiæ pulpa | myrrha | rhabarbarum |
| copayva balſ. | parietaria | roſæ pallidæ |
| galbanum gum. | paſſulæ majores | ſagapenum gum. |
| lini ol. | . . . minores | tamarindorum pulpa |
| malva | perſicæ fol. flor. | terebinthina |
| manna | peruvianus balſ. | violæ fol. |

## 374. URINÆ MORBI.

Humor excrementitius, renibus a communi maſſa ſecretus, per ureteres ad veſicam delatus, dein in ſanis per urethram e corpore emiſſus, interdum ſubſiſtit, parcius procedit, cum moleſtia evacuatur, vel ad debitum tempus retineri nequit: atque frequentiſſime Calculum format, has omnes partes infeſtantem: ſed quia hi morbi varia genera medicamentorum exigunt, iſta ſuis propriis titulis proferam.

## URINÆ PROFLUVIUM ET INCONTINENTIA.

Quæ immodicam Urinæ evacuationem minuunt, huc pertinent, nam naturalem urinæ evacuationem cohibere, morbum eſt inducere. Hoc faciunt *Adſtringentia* 68. & *Roborantia* 123. Qualia ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Acacia | equiſetum | pimpinella |
| agallochum lign. | filipendulæ rad. | plantago |
| agrimonia | fraxini cort. | polygonum |
| alchimilla | hypociſtidis ſucc. | polytrichon |
| amygdalæ dulces | japonica terra | quinquefolii rad. |
| berberis ſem. | lapathi rad. | rhois ſem. |
| betonica | lappæ rad. | roſa canina |
| biſtortæ rad. | lingua cervina | . . rubra |
| bolus armena | malva | ſanguis draconis |
| cinamomum | mumia Perſica | ſymphyti rad. |
| corallia | muſcus pulmonaris | tamariſci cort. |
| corallina | . . . quercinus | tormentillæ rad. |
| cupreſſi nux | myrtus | verbaſcum |
| cynogloſſi rad. | piloſella | viſcum. |

## URINÆ DIFFICULTAS.

Si Urina cum ardore, dolore, vel guttatim redditur, ingerenda ſunt *Aromatica* 9. *Oleoſa* 14. *Pinguia* 25. *Mollia* 42. *Mucilaginoſa* 43. *Obvolventia* 95. pro natura cauſæ ſtranguriam inducentis, ex quibus ſequens erit materies medica.

Acori rad.
alkekengi fruct.
althæa
amygdalarum dulcium ol.
arabicum gum.
aſparagi rad.
aurantiorum cort.
becabunga
cancrorum oculi
caſſiæ pulpa
chamæmeli flor.
chamæpitys
citri cort.
citrulli ſem.
copayva balſ.
cucumeris ſem.
cynogloſſi rad.
dactyli
dauci vulgaris ſem.
. . . cretici ſem.
endiviæ ſem.
filipendulæ rad.
fœniculum vulgare
. . . . dulce
glycyrrhiza
graminis rad.
jujubæ
lactucæ ſem.
lilii rad.
limonum ſucc.
malvæ fol. flor.
maſtix gum.
moſchata nux
nephriticum lign.
nymphæa
opobalſamum
parietaria
perlæ, & Perlarum mater
peruvianus balſ.
petroſelinum vulgare
. . . . Macedonicum
pini reſina
piſtachiæ
polygonum
portulaca
rhabarbarum
ribeſiorum fol.
rubiæ rad.
ruſci rad. bacc.
ſchœnanthum
ſiliquæ dulces
ſuccinum
ſymphyti rad.
terebinthina
tragacanthum gum.
trifolii odorati flor.

## URINÆ SUPPRESSIO.

Quoniam variis cauſis inducitur Iſchuria, multiplex quoque eſſe debet materies medica, ex ſequentibus igitur, atque ex *Urinam ducentibus* 104. cauſis appropriata ſeligi poſſunt medicamina.

Abrotanum
abſinthium
acori rad.
alkekengi fruct.
artemiſia
aſplenium
calthæ flor.
cancrorum oculi
cantharides
capparis radic. cort.
cepa
chamædrys
chamæmeli flor.
chenopodium
coſti rad.
cucumeris ſem.
cyperi rad.
dens leonis
eryſimum
ficus
fœniculi herb. ſem.
. . . dulcis ſem.
juniperi bacc.
lauri bacc.
liguſtici rad. ſem.
lilii rad. fol.
limonum ſucc.
lini ol.
meliſſa
millepedes
parietaria
perſicaria
petaſitidis rad.
petroſelinum vulgare
. . . . Macedonicum
raphani rad.
rubiæ rad.
ruſci rad. ſem.
ſcilla
ſpica nardi
ſtœchados flor.
veronica.

## URINÆ CALCULUS.

Corpuſcula concreta terreſtria & lapidea, aut ſabuloſa, in urinæ viis hæren-

rentia, commodiſſime evacuantur obducendo vias *Oleoſis mollibus* 14. *Pinguibus* 25. *Mucilaginoſis* 43. *Emollientibus* 70. *Laxando* 71. & *Diluendo* 87. atque leni *Diuretico* 104. expelluntur: quædam ſimul ſtatuuntur Calculum frangere, quæ hoc * ſigno notavi.

* Abrotanum
abutilon
acaciæ flor.
acmella
* acori rad.
* alkekengi fruct.
allii rad.
* althææ rad. ſem.
* ammios ſem.
amomi ſem.
amygdalarum dulcium ol. expr.
* anethi ſem.
apii rad. ſem.
aquilegiæ ſem.
ari rad.
* ariſtolochiæ rad.
artemiſia
aſclepiadis rad.
aſparagi rad.
aſplenium
bdellium gum.
betonica
* braſſica
cancrorum oculi
carduus benedictus
* carui ſem.
ceraſorum nucl.
* chamædrys
* chamæpitys
chinæ rad.
ciceris ſem.
citri ſucc. &c.
copayva balſ.
* coriandri ſem.
* croci flor.
* cubebæ ſem.
* cumini ſem.
curcumæ rad.
dauci ſem.
dens leonis
* filipendulæ rad.
fœniculi rad.
fœnum græcum
fraxini cort. ſem.
* galangæ minoris rad.
geniſtæ ſem.
glycyrrhiza
graminis rad.
* hedera terreſtris
* helenii rad.
* hyperici ſem.
hyſſopus
judaicus lap.
* juniperi bacc.
* lappæ rad. ſem.
* lauri bacc.
* leviſtici rad.
lini ol.
* lupinorum ſem.
lupuli flor.
* macis cort.
malva
manna
millepedes
* moſchata nux
* naſturtii ſem.
* nephriticum lign.
* origanum
* pæoniæ rad.
pareiræ bravæ rad.
parietaria
pedro del porco
* perſicæ nucl.
petroſelinum vulgare
* . . . . Macedonicum
peucedani rad.
piloſella
* pimpinellæ rad. ſem.
* polium
polygonum
polytrichon
raphani nigri rad.
. . . ruſticani rad.
roſæ caninæ fruct.
ruſci rad. ſem.
ruta muraria
ſaxifragiæ rad. ſem.
* ſcillæ rad.
* ſcordium
* ſileris montani ſem.
ſolidago ſaracenica
ſophiæ ſem.
* ſpica nardi celtica
tanacetum
terebinthina
verbena
* veronica
violæ ſem.
* virga aurea
* urticæ fol. rad.
* zingiberis rad.

## 375. PERSPIRATIONIS MORBI.

Inſenſibilis exhalatio ex toto ambitu & ſpiraculis corporis, quot modis vitiari poteſt, & qualia tunc ſunt adhibenda auxilia, a Patre meo in quodam Libro de *Inſenſibili Perſpiratione* demonſtratum eſt: ſi vero auxilia ad prohibitam Perſpirationem deſiderantur, ea ſuperius 105. recenſita ſunt. Quæ vero largiorem Perſpirationem cohibent non eſt opus addere, quoniam raro accidit, nos talia cum ſucceſſu præſcribere poſſe; ſi autem deſiderantur, ex *Emplaſticis* 38. *Adſtringentibus* 68. *Refrigerantibus* 126. & *Obſtruentibus* 128. peti poſſunt.

## 376. SUDORIS MORBI.

Humor tenuis roridus ſemivolatilis, vel per morboſam vel violentam cauſam ex cute emanans, ſi nimia copia evacuatur, minuenda eſt illa evacuatio *Incraſſantibus* 78. *Antiſepticis* 83. *Refrigerantibus* 126. qualia ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Acaciæ ſucc. | hypociſtidis ſucc. | roſæ rubræ |
| agrimonia | muſcus pulmonaris | ſantalum rubrum lign. |
| alchimilla | myrtus | ſcordium |
| berberis ſem. | nitrum | tamariſci cort. |
| biſtortæ rad. | nymphæa | terra ſigillata |
| corallina | piloſella | tormentillæ rad. |
| cupreſſi nux | plantago | verbaſcum |
| cynogloſſi rad. | punicæ cort. flor. | viſcum. |
| filipendulæ rad. | rhois ſem. | |

Si vero copioſior proventus in morbis requiritur, hujus materies tradita eſt 114.

## 377. LACHRYMARUM MORBI.

Liquor tenuis, pellucidus inſtar aquæ, omni acredine carens, ſecretus per propriam glandulam ſupra oculi bulbum, in fovea oſſea ſub ſupercilio hærentem, oculi bulbum irrigans, caruncula lachrymali receptus, in nares delatus, ut ibidem evaneſcat, ſi ejus deſideretur copioſior ſecretio, adhibenda ea, quæ 111. tradita ſunt.

Majori copia ſi exſtillet, *Adſtringentibus* 68. applicatis, quæ oculus ferre poteſt, eſt cohibendus fluxus. Talia ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Acacia | cydoniorum ſem. | roſæ rubræ |
| æris flos | graminis rad. | ſarcocolla |
| alumen rupeum | hæmatites lap. | tragacanthum gum. |
| anagallis | ovi albumen | tutia |
| calaminaris lapis | plumbi ſaccharum | vitriolum. |

Hujus autem acrimonia exigit *Mollia* 42. & *Mucilaginoſa* 43. uti ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Amylum | glycyrrhiza | tiliæ cort. |
| croci flor. | malva | tragacanthum gum. |
| cyani flor. | meliloti flor. | trifolii odorati flor. |
| cydoniorum ſem. | portulaca | violæ flor. |
| doronici rad. | pſyllii ſem. | |

# CAPUT QUINTUM.

## Pingues humores morboſi.

*A ceteris humoribus in noſtro corpore pinguedo diſtinguitur, quod flammam alat. Duo hujus genera inveniuntur.* 1. Pinguedo *omnis talis humor ſive concretus ſive fluens in partibus mollibus collectus.* 2. Medulla *oſſibus & paucis cartilaginibus recepta. Ad hanc quoque naturam accedit bilis & materia ſebacea.*

## 378. PINGUEDINIS MORBI.

LIquor oleoſus flammam alens, aquæ non miſcibilis, magis minuſve denſus, in cellulis vel cavitatulis tunicæ cellularis collectus abundare, deficere, natura & loco degenerare poteſt.

Pinguedo abundans per totum corpus *Corpulentia* dicta, vel in quadam parte conſumitur *Extenuantibus* 155.

Defectus hujus materiem medicam acquirere poteſt ex *Nutrientibus* 180. & *Maciei* 250. curatione.

Pinguedo corrupta & colliquata eandem materiem medicam exigit, quæ in *Corruptione* 166. & *Bile corrupta* 367. invenitur.

## 379. MEDULLÆ OSSIUM MORBI.

Pinguedo in cavitate vel cancellis oſſium collecta, in articulos deponenda ad facilitandum motum, iiſdem, quos patitur pinguedo, morbis affici poteſt: ejus autem defectui ſuccurrunt mollia *Pinguia* 25. & *Oleoſa* 14. applicata: ejus corruptio curanda *Antiſepticis* 83. præprimis in forma decocti calide potis.

# CAPUT SEXTUM.

## Roridi & lymphatici humores morboſi.

*Ex arteriarum extremitatibus atque nervis Roridus humor in cavis quibuſdam corporis ſecretus, ut illæ partes rore irrigarentur, abſorbentibus venis recipiendus, & circulantibus permiſcendus, abundare & deficere poteſt, atque variis vitiis inquinari, quæ medicamentorum auxilio egent.*

## 380. CEREBRI HUMORIS MORBI.

HUmor roridus in Cerebri ventriculis majori copia collectus, ut *Hydrops capitis internus* 320. curatur *Aromaticis* 9. *Siccantibus* 66. *Diſcutientibus* 101. *Apophlegmatizontis* 110. *Calefacientibus* 120. *Derivantibus* 132.

## 381. DURÆ MATRIS SUCCI MORBI.

Ex interna Duræ matris facie, ut ex aliis membranis, roridus exhalans humor ſi majori copia colligitur, ſubjectum cerebrum aut cerebellum premens iiſdem curatur auxiliis, quæ in *Cerebri humore* 380. tradita ſunt. Hujus autem *Cruditas* 165. vel *Acrimonia* 202. medicamentis iſtis locis citatis emendanda.

## 382. NERVORUM SUCCI MORBI.

Liquor roridus blandus, capſulis nervorum, & præprimis in gangliis, atque involucro ſpinalis medullæ ſecretus, inter nervorum canaliculos fluens, capſula nervi coercitus, abundare, deficere, inviſcari, acris, & viſcidus eſſe poteſt, unde multi & mirabiles morbi ex turbata nervorum functione naſcuntur. Materies medica *Cruditatis* 165. *Viſciditatis* 191. & *Acrimoniæ* 202. ſuis locis tradita eſt. Generalis autem eſt ſequens.

Aco-

Acori rad.
ambra griſea
ammoniacum gum.
ammoniaci ſalis ſpir.
angelicæ rad.
animæ gum.
aſa fœtida gum.
bdellium gum.
benzoin gum.
betonica
calaminta
calthæ flor.
camphora gum.
caranna gum.
cardamomum
carduus benedictus
caryophyllatæ rad.
caryophylli aromatici
. . . . Plinii
. . . . flores
caſtoreum
centaurium minus
chamæpitys
citrei cort.
colophonia
contrayervæ rad.
copayva balſ.
copal gum.
coſti rad.
croci flor.
dictamnus
elemni gum.
fœniculi rad. ſem.
. . . dulcis ſem.
fraxinellæ rad.
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
gentianæ rad.
hypericum
hyſſopus
imperatoriæ rad.
juniperi bacc.
kermes grana
kinkenemalo gum.
ladanum gum.
lavandula
lilii convallii flor.
majorana
marum ſyriacum
maſtix gum.
matricaria
meliſſa
mentha
moſchata nux
myrrha gum.
ninzin rad.
ocymum
opobalſamum
opopanax gum.
origanum
pæoniæ rad.
pareiræ bravæ rad.
peruvianus balſ.
pini reſina
polium
pulegium
roſmarinus
ruta
ſagapenum gum.
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſchœnanthum
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſpica nardi
ſtœchadis flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum
ſymphytum
tacamahaca gum.
terebinthina
thus
thymus
tiliæ flor.
tolutanus balſ.
valerianæ rad.
viſcum
unicornu
zedoaria
zingiber.

## 383. PECTORIS HUMORIS MORBI.

Ex tota pleura, mediaſtino, & pulmonum ambitu roridus exhalans liquor poſtea abſorbendus, ſi majori copia colligitur, facit *Pectoris Hydropen* 320. cujus materies medica tradita eſt.

## 384. VENTRIS HUMORIS MORBI.

Ut in Pectore aliiſque cavis corporis, ita in ventris inferioris cavitate colligitur roridus humor, poſtea abſorbendus, ex peritonæo, omento, meſenterio, aliiſque viſceribus exhalans; hujus abundantia *Ventris Hydropem* 320. parit, cujus materies medica ibidem exhibetur.

## 385. PERICARDII LIQUORIS MORBI.

Etiamſi Pericardii liquori a multis aliquid ſpeciale tribuitur, ſecretione tamen, abſorptione, & uſu a præcedentibus nihil differt, eoſdemque patitur morbos, ac ſimilem exigit materiem medicam, niſi quod in ejus defectu cordis actio turbetur: ad eum defectum ſupplendum nullum novi medicamentum uſu comprobatum.

## 386. OCULORUM HUMORUM MORBI.

Humor Lymphaticus perfecte perlucidus, in oculi bulbo collectus, arteriarum extremitatibus & nervo optico ibidem delatus, vaſis abſorbentibus in venas cruentas exonerantibus auferendus, in anteriore bulbi parte duabus cameris receptus, *Aqueus*; in poſteriore parte bulbi hærens tunicas perlucida arachnoidea coercitus, *Vitreus*; in lente autem firmatus, *Cryſtallinus*, dictus iiſdem morbis, uti humores præcedentes, affici poteſt: ſed in his primarius eſt morbus *Amiſſa perluciditas*, ad quam curandam ſequens adhibetur materies medica.

| | | |
|---|---|---|
| Abſinthium vulgare | fol. ſucc. | helenii rad. |
| . . . . Romanum | croci flor. | hormini ſativi ſem. |
| ammoniacum ſal | dens leonis | iridis rad. |
| aniſi ſem. | euphorbium | liguſtici ſucc. |
| antimonium | euphraſia | majorana |
| auriculæ Judæ | fœni græci ſem. | ocymum |
| bilis | fœniculi fol ſem. | pſyllii ſem. |
| carui ſem. | . . . dulcis ſem. | roſmarinus |
| caryophyllatæ rad. | gentianæ rad. | ruta |
| centaurium minus | glycyrrhizæ rad. | ſaccharum |
| chelidonii majoris rad. | graminis rad. | tutia. |

# CAPUT SEPTIMUM.

## Mucoſi humores morboſi.

*Quatuor ſunt locorum genera mucum naturalem ſanum, ſeu liquorem mucoſum tenacem aqua leviorem, & humectantem ſecernentia, ut iſtæ partes humidæ ſerventur & muniantur; hicque humor diſtinguendus a morboſo ſuperius* 190. *tradito.*

*Primum genus muci obtegit ſuperficiem* Membranæ pituitariæ, *quam tangit aer.*

*Secundum autem epithelium* Oris & Faucium.

*Tertium genus alimentorum viam lubricat*, Oeſophagum *nempe*, Ventriculum, & Inteſtina.

*Quartum denique genus reſpirationis organis eſt dicatum, uti* Laryngi, Tracheæ, Bronchiis, & Veſiculis pulmonalibus.

## 387. PITUITARIÆ MEMBRANÆ MUCI MORBI.

MEmbrana tegens antra Highmoriana, ſinus frontales, nares internas, & ſinus ephippii ſi copioſiorem mucum, vel & craſſiorem aut tenuiorem deponit, generat *Gravedinem* 357. *Sternutamentum* 351. expurgatur *Apophlegmatizontis* 110. quare non opus novam addere materiem medicam.

## 388. ORIS MUCI MORBI.

Ad depurandum os, dentes, linguam, palatum, & buccas ab adhærente muco adhibendæ ſunt Collutiones, & Dentifricia, quæ conſtant *Abſtergentibus* 156. qualia ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Acetoſæ rad. | acetoſella | agrimonia |

| | | |
|---|---|---|
| alkannæ rad. | iridis rad. | rapæ rad. |
| alumen uſtum | marinum ſal | roſæ rubræ |
| cancrorum oculi | mel | ſaccharum |
| cydoniorum ſem. | myrtus | ſalvia |
| glycyrrhiza | nitrum | veronica. |
| japonica terra | punicæ cort. flor. | |

## 389. FAUCIUM MUCI MORBI.

Si vero tonſillæ, uvula, pharynx ſimili muco obſeſſa ſunt, gargariſmata ex iiſdem 388. paranda ſunt, ut illa phlegmata faciliori excreatione reddi poſſint: juvat quoque vaporem *Humectantem* 65. ore aperto haurire.

## 390. OESOPHAGI MUCI MORBI.

Ut facilior alimentorum eſſet per œſophagum deſcenſus, ejus latera muco obſeſſa ſunt, qui ſi deficiat, moleſtam ac doloroſam deglutitionem parit, quare aliquoties parva quantitate ſimul deglutienda ſunt *Oleoſa mollia* 14. *Pinguia* 25. & *Lubricantia* 67. ut obducantur latera muco orbata.

## 391. VENTRICULI MUCI MORBI.

Ventriculi mucus ſi abundat, parit nauſeam, faſtidium, inappetentiam, & difficiliorem ingeſtorum ſubactionem, quorum morborum materies medica in *Mucoſo* 190. tradita eſt.

Si vero deficit, ventriculus ab omni ingeſto dolet, in quo caſu *Mollia* 42. *Mucilaginoſa* 43. & temperata *Pinguia* 25. *Anodynis* 35. miſta frequens ingerenda, ut obducantur latera ventriculi magis quieſcentia.

Quando autem acrimoniam ſimul tenet ille mucus, educendus eſt diluente *Vomitorio* 113. & id *Acre* 202. appropriatis medicamentis corrigendum.

## 392. INTESTINORUM MUCI MORBI.

Finis tenujum & omnia craſſa inteſtina muco ſano ſcatent, ne duriora excrementa ſubſiſterent, læderentve inteſtinorum latera. Hic mucus ſi abundat, præter generalia *Mucoſum* 190. curantia, admodum conducunt *Alvum laxantia* 102. & *Purgantia* 103. iiſdem quoque expellitur acrior factus.

Sed ſi deficit, ſæpe conſtipatur alvus cum ventris dolore, ingerenda tunc ſunt *Alvum laxantia* 102. quæ carent omni ſtimulo purgante, ſed ſint *Oleoſa* 14. *Pinguia* 25. *Mollia* 42. *Mucilaginoſa* 43. ſi vitium hæreat in inteſtino colo, talia clyſmatis ope injici poſſunt: ſed in inteſtino recto ſi hæreat, ſimilia in formam ſuppoſitorii redigenda.

## 393. LARYNGIS, TRACHEÆ, ET PULMONIS MUCI, QUI EJECTUS SPUTUM VOCATUR, MORBI.

Larynx, trachea arteria, bronchia, & veſiculæ pulmonales molli & omni acredine carente muco obducta ſunt, ne partes ab aeris frequente attactu exareſcerent, qui ſi abundat tuſſi abraſus, nomine ſputi ejicitur: medicamenta hanc evacuationem promoventia dicuntur *Expectorantia* 115. ſi vero acrimoniam continet, hujus materia medica in *Tuſſi* 352. exſtat: deficienti muco ſuccurrunt vapores *Humidi* 41. & *Molles* 42.

Sequentia ſunt præcipua in

SPU-

## SPUTI TENACITATE.

Ammoniaci ſalis ſpir.
bryoniæ rad.
carduus benedictus
chamædrys
copayva balſ.
erucæ ſem.
ficus
fœniculi rad.
fœniculum dulce
galbanum gum.
glycyrrhiza
hyſſopus
jujubæ
liguſtici rad. ſem.
manna
marrubium
mel
meii rad.
ovi vitellus
peucedani rad.
pini reſina
pulmonaria
ruſci rad. ſem.
ſaxifraga
ſuccinum.

# CAPUT OCTAVUM.

## Viſcoſi humores morboſi.

*Vaſa & meatus alios humores tranſmittentia, ne a tranſeuntibus detererentur vel roderentur, intus viſcoſo tenaci obducta inveniuntur.*

*Cuncta hæc ad quatuor organa referri poſſunt, ut* Circulationis, Bilis, Urinæ, *&* Generationis.

### 394. CIRCULATORII ORGANI VISCOSI MORBI.

Arterias & venas intus viſcoſo obduci, digitus in arteria vel vena mactati animalis inditus declarat; an vero venæ & arteriæ lymphaticæ ſimili viſcoſo obductæ ſint, parvitas earum experimenta inſtituere vetat.

Viſcoſum hoc copioſius ſecretum ex arteriis forſan leucophlegmatiæ eſt cauſa, cujus tunc materia medica ex *Hydrope* 320. & *Oedemate* 311. peti poteſt.

Hujus viſcoſi acrimonia ſpecialis irritans arterias videtur inducere febrem, quæ aucta circulatione id viſcoſum abradit, & dein per vias urinæ ſub forma contentorum, vel ſedimenti, vel per ſudores eliminat, cujus ergo materia medica ex *Febribus* 253. colligi poteſt.

### 195. BILIS ORGANI VISCOSI MORBI.

Ductum hepaticum, cyſticum, communem, & veſicam felleam ſimili viſcoſo intus munita eſſe, tactus ipſe declarat. Hujus copioſior proventus forſan parit Icterum ex *Bile viſcida* 367. aut concreſcens cum adhærente bile format *Bilis calculum* 367. imo format cruſtam lateribus ductus choledochi adhærentem, qualis ab Anatomicis fuit detecta. Horum morborum materies medica ex allegatis locis deſumi poteſt.

### 396. URINÆ ORGANI VISCOSI MORBI.

Urina in ſanis etiam acris, ne renum pelvim, ureteres, veſicam, & urethram in tranſitu ſuo roderet, Providens Creator has omnes partes munivit viſcoſo tenaci internæ ſuperficiei harum partium adhærente.

Hujus Defectus urinæ difficultatem & ardorem 374. inferens curandus *Oleoſis* 14. *Mucilaginoſis* 43. *Obvolventibus* 95. & *Pinguibus* 25. mollibus, qualia ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Althææ rad. | glycyrrhiza | melonis ſem. |
| amygdalæ dulces, & earum ol. | hordeum | olivarum ol. |
| betonica | hyoſciami ſem. | ova ſorbilia |
| butyrum inſulſum | hypericum | papaveris albi ſem. |
| ceraſorum gum. | lac dulce | pineæ nuces |
| citrulli ſem. | lactis tremor | pinguedo animalium |
| cocos nux | lactucæ ſem. | plantago |
| cucumeris ſem. | lilii rad. | ruta muraria |
| cucurbitæ ſem. | lini ol. | ſymphyti rad. |
| fœniculi rad. | malva | tragacanthum gum. |
| fœniculum dulce | medulla | verbaſcum |
| | meliloti flor. | violæ ſem. |

Ejus autem Acrimonia nephritidem lymphaticam, quæ multum crudi cum urina reddit, producens, curanda iiſdem, atque *Corrigenda* 92. & leni *Diuretico* 104. educenda. Talem virtutem præſtant

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | fœniculi dulcis ſem. | perſicarium nucl. |
| acmella | glycyrrhiza | petroſelinum vulgare |
| althææ rad. | graminis rad. | . . . . Macedonicum |
| amygdalæ dulces, & earum ol. | hordeum | peucedani rad. |
| butyrum inſulſum | jujubæ | pimpinella |
| calthæ flor. | lac dulce | pineæ nuces |
| cancrorum oculi, caro, ſucc. | lactucæ ſem. | piſtachiæ |
| carduus benedictus | lilii rad. fol. | plantago |
| ceraſorum gum. nucl. | lini ol. | portulaca |
| ciceris ſem. | malva | ribeſii fol. |
| copayva balſ. | matricaria | rubiæ rad. |
| coſti rad. | meliloti flor. | ſaſſafras lign. |
| cucumeris ſem. | melonis ſem. | ſaxifragiæ rad. ſem. |
| cucurbitæ ſem. | millepedes | ſeſelios ſem. |
| cumini ſem. | moſchata nux | ſpica nardi celtica |
| eryngii rad. | ninzin rad. | . . . . indica |
| fabæ ignatianæ | opobalſamum | ſymphyti rad. |
| ficus | origanum | terebinthina |
| filipendulæ rad. | pæoniæ rad. | tolutanus balſ. |
| filicis rad. | papaveris albi cap. ſem. | tragacanthum gum. |
| fœniculi rad. ſem. | pareiræ bravæ rad. | veronica |
| | paſſulæ majores | violæ fol. flor. |
| | . . . minores | |

Majore vero copia Collectum & Concreſcens interdum parit *Urinæ ſuppreſſionem* 374. vel partes terreſtres urinæ ſimul arripiens format *Calculum* 374. Hujus viſcoſi eſt facienda *Reſolutio* 80. atque reſoluti evacuatio per *Diuretica* 104. in quo caſu præcipue conveniunt ſequentia.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | aſparagi turiones | coriandri ſem. |
| acmella | borax ſal | croci flor. |
| acori rad. | capparis radic. cort. | cubebæ ſem. |
| ammios ſem. | carui ſem. | cumini ſem. |
| anethi ſem. | cepa | fœniculi herb. ſem. |
| apii rad. ſem. | chamædrys | . . . dulcis ſem. |
| ariſtolochiæ rad. | copayva balſ. | filipendulæ rad. |

ga-

galangæ minoris rad.
glycyrrhiza
hedera terreſtris
hyperici ſem.
juniperi bacc.
lac aceſcens
lactis ſerum
lauri bacc.
liguſtici ſem.
lupuli turiones
macis cort.
malabathrum
maſtix
matricaria
millepedes
moſchata nux
myrrha
naſturtii ſem.
nephriticum lign.
oleris atri rad.
opobalſamum
origanum
pareiræ bravæ rad.
perſicæ nucl.
peruvianus balſ.
petroſelinum vulgare
. . . . macedonicum
polychreſtus ſal
ribeſii fol.
ſabina
ſcilla
ſeſelios ſem.
ſpica nardi
ſuccinum
terebinthina
veronica
virga aurea
urticæ ſem.
zingiber.

### 397. GENERATIONIS ORGANI VISCOSI MORBI.

In uteri præprimis cervice & vagina viſcoſi copioſiſſimus eſt proventus, quod in parturientibus lubricas admodum facit vias.

Hoc viſcoſum ſi deficit, ut ſæpe in partu laborioſo, hæ partes ſunt illiniendæ *Pingui* 25. *Molli* 42. & *Lubricante* 67. medicamine, quod ex *Oleo molli* 14. peti poteſt.

Hujus autem abundantia & profluvium *Fluorem album* 360. generat, cujus materia medica tradita eſt.

## CAPUT NONUM.

### Mucilaginoſi humores morboſi.

*Humores ſubpingues obducentes partes firmas duplices ſunt. 1. Internus, qui deponitur inter* Articulos *&* Tendines, 2. *Externus, qualis* Sebum *vel* Smegma *vocari poteſt.*

*Qui vero reſtant liquores, ut proſtatarum, capſulæ renalis, & thymi, non merentur ſpeciali titulo tractari: nam liquoris proſtatarum vitia ex* Gonorrhœa 359. *&* Fluore albo 360. *intelligi poſſunt. Quibuſnam morbis afficiuntur ſucci* Capſulæ Renalis *&* Glandulæ Thymi *quoniam non ſatis conſtat, his adaptata materies medica tradi nequit.*

### 398. ARTICULORUM MUCILAGINIS MORBI.

IN omnibus articulis invenitur ſmegma ex humore glandulis ibidem conſitis & ligamentis articulum cingentibus ſecretum, medullæ ex oſſibus tranſudanti miſtum, ut facilis eſſet & ſine attritu vel incaleſcentia articulorum motus.

Hujus major *Abundantia* interdum parit *Luxationem* 270. *Reſolventibus* 80. & *Diſcutientibus* 101. curandam.

Minus tenax facta hæc mucilago iiſdem quoque reſolvitur.

Defectus vero mucilaginis pariens articulorum rigiditatem & crepaturam fotu & litu ex *Oleoſis* 14. & *Pinguibus* 25. ſupplendus, huc ergo pertinet materies medica in *Oleoſis mollibus* 14. tradita.

Sequentia conveniunt in

MU-

## MUCILAGINIS ABUNDANTIA ET CONCRETIONE.

Abrotanum
ammoniacum gum.
aniſi ſem.
aſari rad.
bdellium gum.
bryoniæ rad.
caranna gum.
cepa
cumini ſem.
cyclaminis rad.
ebuli cort.
fœnum græcum
galbanum gum.
geniſtæ ſem.
iridis rad.
juniperi bacc. ol.
ladanum gum.
liquid-ambar balſ.
mandragoræ rad.
nicotiana
opobalſamum
opopanax gum.
peruvianus balſ.
petroleum
phellandrium
pix
reſina flava
ruſci rad. ſem.
ſabina
ſalſa parilla
ſambuci cort. flor.
ſcrophularia
ſtyrax calamita
. . . liquida
tolutanus balſ.
thuya.

## 399. TENDINUM MUCILAGINIS MORBI.

Ex vaginis tendinum & forſan ex tranſudante adjacente pinguitudine liquor ſimilis, qualis in articulis invenitur, conficitur, ad obducendam vaginarum internam faciem, ut facilis ſit tendinum itus & reditus. Hujus mucilaginis vitia iiſdem auxiliis curanda, quæ in mucilagine articulorum præcepimus.

## 400. SEBI MORBI.

A præcedenti mucilagine non multum diſtat ſebum ſeu ſmegma, quo obducuntur tarſi palpebrarum, anus, papillæ mammarum, pudenda, multaque alia loca, ne ab attactu deterantur.

Hujus defectu partes fiunt *Rigidæ* 210. atque *Fiſſuras* contrahunt 280. quorum morborum materies medica ex allatis locis peti poteſt.

Sebum autem concreſcens *Sordes* 274. facit, abſtergentibus ibidem traditis tollendas.

## SECTIO SECUNDA.

### Firmarum partium & organorum morbi.

Partium firmarum humani corporis ut ex ordine pertractentur morbi, & adaptatam materiem medicam accipiant, in duas claſſes diſtingui poſſunt, quarum prima exhibet nomina partibus propria, altera vero nomina ex functione, ad quam peragendam ſæpe multæ partes recenſitæ conſpirant.

Quæ autem ex Parte ipſa nomen accipiunt, vel ſunt *Univerſalia*, ut Arteria, Vena, Nervus, &c. vel *Singularia*, quæ multis in locis reperiuntur, ut Glandulæ, Oſſa, Ductus, &c. aut quandam partem corporis finiunt, ut Caput, Pectus, &c. aut viſcera ſunt, ut Cor, Pulmo, Hepar, &c.

*Organa* denique pertractanda, quia multa ex præcedentibus conficiuntur, quæ ex uſu aut operatione nomen accipiunt, ut Chylificationis, Circulationis, Generationis, &c. His peractis ordo ſatis commode ducit ad Morbos Actionum.

In hac Sectione coactus fui aliquomodo a recepto recedere ordine, quum in hac conceptui magis ſit accommodatum primo proponere partes univerſales, deinceps ſingulares.

CA-

# CAPUT DECIMUM.

## Partium univerſalium morbi.

*Quaſdam ex partibus, quæ non omni in corporis puncto reperiuntur, ad hunc tamen Titulum, quia frequentes ſunt, retuli, ut* Glandulas, Ligamenta, Articulos, Muſculos, Oſſa. *Paucam invenies adjectam materiem medicam, quia in præcedentibus data eſt, ne dicta repeterem; ſufficere ratus præcipuos indicare morbos, quibus citatæ partes afficiuntur.*

### 401. VASA.

Partes membranoſæ, intus cavæ, plerumque liquore plenæ, deſtinatæ ad liquorum receptionem, circulationem, præparationem, & emiſſionem, ex figura, loco, & uſu varia habentes nomina, afficiuntur præprimis Anguſtia, Amplitudine, *Ruptione* 280. & *Obſtructione* 302.

Quia *Anguſtantur* vaſa compreſſione externa, contractione in ſuis fibris, & collapſu ex privatione cauſæ diſtendentis, materies medica ex *Aperientibus* 122. & *Obſtructionis* 302. curatione facile intelligi poteſt.

*Amplitudo* major ex copia majore & impetu curatur *Comprimentibus* 61. *Suſtentantibus* 64. *Evacuantibus* 98. ſed ex relaxato tono per *Adſtringentia* 68. & *Roborantia* 103.

### 402. ARTERIÆ.

Vaſa Circulatoria, vehentia liquorem a trunco verſus ramos, motu vitali agitata, æqualique per totum corpus conſtrictione & relaxatione, niſi forſan in quibuſdam organis actione ſpeciali mutetur motus, donata, iiſdem morbis afficiuntur, ut *Vaſa* 401. Dilatatio major vocatur *Aneuryſma* 317. *Vulnus* 267. promta & fortiora auxilia exigit. Major motus ex *Motus aucti* 217. & *Inflammationis* 248. curatione peti poteſt. Motus minor quoque ex dictis 218. intelligitur.

Similia vaſa, ſed graciliora, *Arteriæ lymphaticæ* dicta; quia rubrum non admittunt ſanguinem, ſi diſtenta ſanguinem rubrum recipiunt, partem *Rubedine* 305. ſuffundunt: forſan etiam ſimiles ſed lymphaticos tumores patiuntur, ut arteria cruenta aneuryſma: ſed & tumentibus lympha tumores fieri poſſunt *Oedematoſi* 321. & *Hydropici* 320. ſi ſimul motus ſit languidior in lateribus horum: verum motus major in horum lateribus ſi adſit, generatur tuberculum durum calens ſine rubedine, quod *Antiphlogiſticis* 96. curatur.

### 403. VENÆ.

Vaſa Circulatoria, vehentia liquorem a ramis verſus truncum, fere omnia, niſi in organis, valvulis inſtructa reditum tranſeuntis liquoris intercipientibus, motu exiguo vitali donata, ſi cruorem vehunt, *Venæ* dicta, corripiuntur *Polypo* 186. *Varice* 318. *Vulnere* 267. quod minus periculoſam inducit hæmorrhagiam, niſi venæ admodum ſint magnæ. Horum morborum materies medica ex iſtis locis peti poteſt.

Sed *Venæ lymphaticæ*, paſſim *Lymphatica vaſa* dictæ, ſi tument in interſtitiis valvularum, pariunt *Veſiculas aquoſas* 319. vel pars tumet tumore *Hydropico* 320. vel *Oedematoſo* 321. Horum *Deficiens abſorptio* in Cellulis & Cavitatibus facit colligi Lympham, qui morbus medicamentis in *Hydrope* 320. *Diſcutientibus* 101. citatis curandus eſt.

404.

## 404. NERVI.

Partes noſtri corporis oblongæ, ramoſæ, extus vagina Duræ Piæque matri communi cinctæ, intus conſtantes canaliculis medulloſis ex Cerebri medulla oblongata & medulla ſpinali provenientibus, vehentes ſuccum in hac communi capſula, atque ſpiritus animales & vitales in canaliculis ſuis medulloſis, deſtinatæ ad ſenſum & motum peragendum, variis generibus morborum afficiuntur in eorum *Succo* 382. *Spiritibus* 364. Tunicis & Canaliculis, ut *Dolore* 239. *Inflammatione* 248. *Vulnere* 267. *Contuſione* 271. *Obſtructione* 302. &c. quorum morborum materies medica ex morbis ipſis peti poteſt: generalia autem, quæ *Nervina* dicuntur, ſequens exhibet

### CATALOGUS.

Abel-moſchi
abſinthium
acori rad.
ambra griſea
ammoniacum gum.
ammoniaci ſalis ſpir.
angelicæ rad.
animæ gum.
aſa fœtida gum.
bdellium gum.
benzoin gum.
betonica
calamintha
calthæ flor.
camphora gum.
caranna gum.
cardamomum
carduus benedictus
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
. . . . Plinii
caſtoreum
centaurii minoris ſucc.
chamædrys
chamæmeli flor.
chamæpitys
chenopodium
cinnabaris nativa
citri cort.
colophonia
contrayervæ rad.
copayva balſ.
copal gum.
coſti rad.
croci flor.
curcumæ rad.
dictamnus
doronici rad.
elemi gum.
fabæ ignatianæ
filipendulæ rad.
fœniculi rad. ſem.
. . . dulcis ſem.
fraxinellæ rad.
galangæ majoris & minoris rad.
galbanum gum.
gentianæ rad.
hypericum
hyſſopus
imperatoriæ rad.
juniperi bacc. ol.
kinkenemalo gum.
kermes grana
ladanum gum.
lavandula
lauri fol.
leucoji flor.
lilii rad. fol.
. . convallii flor.
majorana
marum ſyriacum
maſtix
matricaria
mechoacanna
meliſſa
mentha
moſchata nux
myrrha
ninzin rad.
ocymum
oleris atri ſem. rad.
opobalſamum
opopanax gum.
origanum
pæoniæ rad.
pareiræ bravæ rad.
peruvianus balſ.
petroleum
peucedani rad.
pini reſina
polium
pulegium
roſmarinus
ruta
ſagapenum gum.
ſalſaparilla
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſchœnanthum
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſpica nardi indica
ſtœchadis flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum
ſymphytum
tacamahaca gum.
terebinthina
thus
thymus
tiliæ flor.
tolutanus balſ.
valerianæ rad.
viſcum
unicornu
zedoariæ rad. ſem.

## 405. DUCTUS.

Canales plerumque ramoſi corrivantes ſecretum humorem in communem truncum, vel ſolitarii, exonerantes transfluentem humorem, vel in cava corporis, vel aliquod vas, vel extra corpus, *Ductus* dicti, *Vulnere* 267. vel *Obſtructione* 302. affecti ſpecialem non exigunt curationem: *Pororum* autem, qui ſunt duntaxat parvi ductus vel extremitates vaſorum, obſtructio *Abſtergentibus* 156. reſeratur.

## 406. FIBRÆ.

Partes firmæ, oblongæ, filamentoſæ, graciles, vel ex partibus elementaribus in ſerie oblonga locatis facta, vel ex vaſculis minutiſſimis, 1. ratione cohæſionis afficiuntur *Laxitate* 209. *Rigiditate* 210. *Debilitate* 211. *Fragilitate* 212. *Solutione* 279. *Concretione* 291. 2. Ratione cauſarum externarum, mutantium afficiuntur *Compactu* 179. *Extenſione* 264. *Humiditate* 294. *Siccitate* 295. 3. Si motum quoque habent in viventibus, eorum etiam morbi in iis obtinent, quorum materies medica ex dictis peti poteſt.

## 407. MEMBRANÆ.

Partes planæ, molles, latæ, ex lateraliter adunatis fibris vel vaſculis factæ, *Membranæ* & *Tunicæ* dictæ, præter morbos *Fibrarum* 406. interdum interſtitiis, inter componentes fibras, majoribus & hiantibus afficiuntur, tranſmittentibus continendos liquores; vel prolongatæ membranæ pariunt *Herniam* 292. *Procidentiam* 293. *Aneuryſmata* 317. *Varices* 318. ſolutæ autem non coaleſcunt. Sed *Dolore* 239. *Inflammatione* 248. *Eryſipelate* 249. affectæ generalem eorum morborum exigunt curationem.

## 408. LIGAMENTA.

Partes tenaces, fibroſæ, firmantes inter ſe præprimis oſſa in articulis, aliaſque partes molles, ut in debito ſitu ſerventur, *Laxitate* 209. *Rigiditate* 210. & *Solutione* 279. afficiuntur, quorum morborum materies medica ex dictis locis facile colligi poteſt.

## 409. GLANDULÆ.

Organa ſecretoria, ſpeciali involucro cincta, ex allata generali maſſa liquoris in ſe conficientia ſuccum a priore diſtinctum, quem colligunt vel in cavitate quadam in meditullio eorum hærente, vel ſtatim tradunt emunctorio, ſive ſimplici, ſive corrivanti receptum liquorem in communem truncum, qui *Ductus* 405. vocatur, afficiuntur omnibus morbis generalibus, qui ſpeciales quoque partes aggrediuntur; præcipui autem ſunt *Scirrhus* 329. *Struma* 330. *Cancer* 331. *Folliculoſus Tumor* 332. quorum curationem citatis locis aſſignavimus.

## 410. OSSA.

Partes corporis noſtri duriſſimæ, vix extenſiles, vel compreſſiles, ſed utcunque flexiles, extus cinctæ membrana admodum ſenſili, perioſteo dicta, intus plerumque cavæ, oleo *Medullari* 379. plenæ, variis generibus morborum afficiuntur in ſua ſubſtantia, ut eſt *Fractura* 269. *Caries* 285. *Exoſtoſto-*

342. *ſis Spina ventoſa*, ad cujus curationem ſequentia laudantur.

| | | |
|---|---|---|
| Abrotanum | chinæ rad. | ſaſſafras lign. |
| abſinthium romanum | guajacum lign. | ſcabioſa |
| . . . . vulgare | lappæ rad. | ſcordium |
| agrimonia | ſalſæ parillæ rad. | veronica. |

Perioſteum autem *Membranarum* 407. morbis afficitur, ſed ob tenſionem vehementius dolet, & ſæpius inducit morbos oſſium, quam affectio aliarum membranarum.

Partes vero oſſibus paulo molliores, ſed magis elaſticæ, ſæpe in verum os cum ætate abeuntes, inter quas paucæ oleo medullari donatæ, *Cartilagines* dictæ iiſdem ut oſſa afficiuntur morbis.

### 411. ARTICULI.

Oſſium articuli ligamentis cincti & firmati, *Smegmate* 398. lævigati, patiuntur *Laxitatem* 209. & *Rigiditatem* 210. *Ligamentorum* 408. *Luxationem* 270. *Concretionem* 291. *Smegmatis* 398. defectum & abundantiam, atque *Glandularum* 409. tumorem vel indurationem. Quorum omnium materies medica varia ex earum partium morbis eſt petenda.

### 412. MUSCULI.

Pars corporis mollis, fibris contractilibus vel rubentibus ſanguineis, vel palleſcentibus ſeriatim aut in orbem actis, conſtans *Muſculus* dicta, & interdum *Caro*, ſi tota rubeat, ſed palleſcens *Fibra motrix* vocata, plerumque unam extremitatem puncto fixo annexam, quæ pars *Aponeuroſis*, dicitur, alteram vero puncto mobili affixam, quæ *Tendo* appellatur, habens, in parte media ſeu ventre morbis tentata vix ſpecialem curationem exigit, ſi autem corripiatur *Convulſione* 236. *Spaſmo* 237. aut *Paralyſi* 303. eorum materies medica ex allatis locis peti poteſt.

Tendinis autem, & Aponeuroſis *Diſtentiones* 265. *Vulnera* 267. *Contuſiones* 271. *Ganglia* 340. præter reliqua *Nervina* 404. exigunt.

## CAPUT UNDECIMUM.

### Partium ſingularium morbi.

*Duplex genus Partium hoc Caput complectitur. Primum quod integram portionem corporis recipit, etiamſi in eadem multæ aliæ partes diſtinguuntur, ut* Caput, Collum, Pectus, Venter. *Alterum vero magis ſpeciales complectitur, ut* Cerebrum, Cor, Pulmones, *&c.*

*In his omnibus vix occurrunt morbi, quin in præcedentibus eorum materies medica ſit tradita, ſed quoniam pars ſæpe in eodem morbo diverſa exigit medicamina, & quoniam medicamina ex parte nomen mutantia abſolute præſcribuntur, eorum Catalogos adjicere volui.*

### 413. CAPUT.

ETiamſi Caput, ut reliquæ partes corporis, variis tentatur morbis, qui ex ſua natura medicamenta exigunt, ut eſt *Calor* 220. *Frigiditas* 221. *Pulſatio* 222. *Debilitas* 232. *Dolor* 239. *Vulnus* 267. *Contuſio* 271. *Ulcus* 284.

expe-

experientia tamen docuit ex medicamentas tali morbo appropriatis quædam magis conducere ; ex iſtis itaque , quæ dicuntur *Cephalica* , quædam redegi in ſequentem

## CATALOGUM.

Abelmoſchi
abſinthium
acetum
acori rad.
agallochum lign.
ageratum
althæa
ambra griſea
anagallis
anethum
animæ gum.
ariſtolochia rotunda
. . . . longa
aſari rad.
benzoin gum.
betonica
bolus candida
calamintha
calthæ flor.
camphora gum.
cancrorum caro , ſucc.
caranna gum.
cardamomum
carduus benedictus
carthami ſem.
carui ſem.
caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
caryophylli aromatici
. . . . Plinii
caſtoreum
cataria
ceraſorum fruct.
chamædrys
chamæmeli flor.
chamæpitys
chenopodium
cinamomum
cinnabaris nativa
citri cort.
colocyntis
copal gum.
corallium
coriandrum
coſti rad.
croci flor.
cubebæ ſem.
cuminum
cyperi rad.
elemi gum.
euphraſia
fabæ ignatianæ
fraxinellæ rad.
galangæ majoris rad.
. . . minoris rad.
hellebori nigri rad.
hirudinus
hordeum
hypericum
imperatoriæ rad.
iridis rad.
juniperi bacc.
kermes grana
kinkenemalo gum.
lactucæ fol. ſem.
lavandula
lauri bacc. fol.
lappæ fol.
lilii convallii flor.
limonum ſucc.
majorana
malabathrum
marum ſyriacum
maſtix gum.
matricaria
meliſſa
millepedes
moſchata nux
moſchus
naſturtium
nicotiana
nigellæ ſem.
ninzin rad.
nymphææ flor.
ocymum
omphacium
opobalſamum
origanum
pæoniæ rad. ſem.
papaveris albi cap. ſem.
peruvianus balſ.
petroleum
plantago
peucedani rad.
polii montani fol.
portulaca
pſyllium
pulegium
pyrethri rad.
raphanus pedum plantis applicatus
roſmarinus
roſæ rubræ
ruta
ſambuci flor.
ſalvia
ſantalum citrinum lign.
. . . rubrum lign.
ſchœnanthum
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſileris montani ſem.
ſpica nardi indica
ſtœchados flor.
ſtyrax gum.
ſuccinum
tacamahaca gum.
thus
thuyæ lign.
thymus
tiliæ flor.
trifolii odorati flor.
valerianæ rad.
verbena
veronica
violæ flor.
viſcus quercinus
zedoariæ rad.
zibethum .

## 414. COLLUM.

Corporis partem inter caput & pectus, etiamſi ab omnibus fere ad Pectus referatur, ad diſtinguendos tamen morbos conducit ſingulatim pertractare. In hac obſervant *Fauces*, *Laryngem*, *Pharyngem*, *Tracheam*, & *Oeſophagum*, de quibus egimus. Præter morbos generales hic etiam notant *Anginam* 344. *Reſpirationem* & *Deglutitionem læſam*, de quibus poſtea agendum. Pars autem hæc ſpeciale nomen non præbuit in materia medica.

## 415. PECTUS.

Etiamſi Pectoris partes variæ ſunt, multiſque afficitur Pectus morbis, experientia tamen detectum fuit, quædam medicamina præ ceteris Pectoris morbis opitulari, quæ propterea dicuntur *Pectoralia*, quorum ſequens eſt

### CATALOGUS.

Acori rad.
adianthum
agaricus
althææ rad. fol. ſem.
ammoniacum gum.
amygdalæ dulces
amylum
angelicæ rad. ſem.
aniſi ſem.
anonidis rad.
arabicum gum.
ari rad.
ariſtolochiæ rad.
aſa fœtida gum.
aſparagi rad.
aſplenium
bdellium gum.
benzoin gum.
betonica
bugloſſi flor.
bryoniæ rad.
calamintha
cannabis ſem.
caranna gum.
carduus benedictus
carthami ſem.
caryophyllatæ rad.
caſcarillæ cort.
caſſia lignea
cataria
cera
ceti ſperma
chamæmelum
chamæpitys
chenopodium
chinæ rad.
copayva balſ.
croci flor.
dactyli
dauci ſem.
dens leonis
eryſimum
eupatorium
ficus
filipendulæ rad.
fœniculi ſem. rad.
fœniculum dulce
fraxinellæ rad.
glycyrrhiza
hedera terreſtris
helenii rad.
hordeum
hypericum
hyſſopus
imperatoriæ rad.
iridis rad.
jujubæ
juniperi bacc. ol.
lacca gum.
lappæ rad.
lauri bacc.
liguſtici rad. ſem.
lilii rad. fol.
lingua cervina
lini ſem.
malva
marrubium
mechoacannæ rad.
mel
meii rad.
millepedes
muſcus quercinus
. . . pulmonaris
myrrha gum.
naſturtii ſem.
nicotiana
nigellæ ſem.
ninzin rad.
nymphææ flor.
ocymum
oleris atri ſem. rad.
opobalſamum
opopanax gum.
origanum
ovi vitellus
pæoniæ rad.
papaveris albi cap. ſem.
. . . rhæados flor.
parietaria
paſſulæ majores
. . . minores
peruvianus balſ.
petroſelinum vulgare
peucedani rad.
piloſella
pimpinella
pineæ nuces
piſtacia
polium
polytrichon
pulegium
pulmonaria
pyrola
roſmarinus
ros ſolis

ruſci

ruſci rad. ſem.
ruta muraria
ſabina
ſagapenum gum.
ſalſaparilla
ſalvia
ſaniculæ rad.
ſarcocolla
ſaxifraga
ſcabioſa
ſcillæ rad.
ſebeſten
ſeſelios ſem.
ſtyrax gum.
ſulphur, & ejus flor.
ſymphytum
terebinthina
thus
thymus
tolutanus balſ.
tragacanthum gum.
tuſſilago
verbena
veronica
violæ fol. flor.
urticæ ſem.
zingiber.

## 416. VENTER INFERIOR.

Tota corporis pars a Diaphragmate ſeu Pectore ad inguines proprie *Venter* dicta, in tria organa, Chylificationis nempe, Urinæ, & Generationis, diſtincta, omni fere genere morborum afficitur; qui vero Chylificationis organa hoc loco contenta aggrediuntur, hoc nomine venire ſolent, urinæ enim & generationis morbi ſuis propriis titulis tradi ſolent.

Quæ vero medicamenta morbis hujus partis medentur, utplurimum *Splanchnica* dicuntur, inter quæ excellunt hoc * ſigno notata.

### CATALOGUS.

* Abrotanum
* abſinthium
* acori rad.
ageratum
allii rad.
* aloe
althæa
ammios ſem.
amomi ſem.
amygdalæ dulces, & ol. earum
amygdalarum amararum ol.
* anethum
angelicæ rad. ſem.
aniſum
aquilegię ſem.
* artemiſia
* ari rad.
aſa fœtida gum.
* aſclepiadis rad.
* aurantiorum cort.
becabunga
betonica
calamintha
cancrorum oculi
canis album græcum
caranna gum.
* cardamomum
* carduus benedictus
carui ſem.
caryophyllatæ rad.
caryophylli Plinii
caſtoreum
ceti ſperma
chamæmelum
* chenopodium
cinnabaris nativa
* citri cort.
colocynthis
contrayervæ rad.
corallium
coriandrum
* coſti rad.
cuminum
* curcumæ rad.
cyclaminis rad.
* cyperi rad.
dauci ſem.
* eryngii rad.
ficus
filipendulæ rad.
fœniculi ſem.
. . . dulcis ſem.
* fumaria
galangæ minoris, & majoris rad.
* galbanum gum.
* gentianæ rad.
* hedera terreſtris
* helenii rad.
hyſſopus
ichthyocolla
imperatoriæ rad.
iridis rad.
juniperi ol.
lauri bacc.
* liguſtici rad. ſem.
lilii rad. fol.
lini ol.
majorana
* malva
marrubium
* marum ſyriacum
matricaria
mechoacanna
meliloti flor.
mentha
mercurialis
meii rad.
* moſchata nux
ninzin rad.
* nitrum
oleris atri rad. ſem.
opium
oſmundæ rad.
oſtreorum teſtæ
papaveris albi cap. ſem.
perlæ, & perlarum mater
peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
petroſelinum vulgare

... Ma-

. . . . macedonicum
peucedani rad.
pinguedo
piper
pulegium
raphani nigri rad.
roſmarinus
ruta
* ſagapenum gum.
* ſalvia
* ſcillæ rad.
ſileris ſem.
ſpica nardi indica
ſuccinum
tanacetum
terebinthina
thymus
verbaſcum
verbena
* veronica
violæ ſem.
unicornu
* zedoaria
zibethum
zingiber.

## 117. INTEGUMENTA.

Morbi *Epidermidem*, *Epithelium*, *Cutim*, & *Celluloſam membranam* afficientes tam multi ſunt, ut vix in ordinem patiantur redigi; ex medicamentis autem quæ maxime ad eorum morborum curationem ſunt in uſu, hic proponemus.

Quæ quoque ad *Pilorum* & *Unguium* morbos adhibentur, hoc * ſigno notata ſunt.

## CATALOGUS.

* Abrotanum
* abſinthium
acacia
* æris ærugo
* allii rad.
* aloe
* alumen
* . . . uſtum
amygdalæ amaræ
* aquilegiæ ſem.
arabicum gum.
ari rad.
balani myrepſicæ ol. exp.
benzoin gum.
bilis
bryoniæ rad.
calaminaris lapis
cancrorum caro, ſucc.
* carduus benedictus
centaurium minus
* cepa
ceræ oleum
ceti ſperma
chamædrys
chelidonium majus
cinamomi fruct. ol. expr.
citri ſem.
cochinilla
colocynthis
creta alba
* cupreſſi lign.
* cyclaminis rad.
dens leonis
elaterium
erucæ ſem.
eſula
eupatorium
* euphorbium
fabarum flor. aqua
* hedera arborea
hellebori nigri rad.
hordeum
* iridis rad.
* ladanum gum.
lapathum
* lauri bacc.
lemnia terra
liguſtici rad. ſem. ſucc.
lilii florum aqua
limonum ſucc.
* lingua cervina
lini ol. far.
lupini ſem.
lycoperdon
* malva
mandragoræ rad.
meliloti flor.
* myrobalani
myrrha
myrtus
* nicotiana
oſtreorum teſtæ
* petroſelinum vulgare
pinguedo
piper
* pix
plumbum
polygonum
pompholix
pumex lap.
punicæ cort. flor.
rhois ſem.
* ruta muraria
ſabina
ſalvia
ſambuci bacc. rob.
ſanicula
* ſcabioſa
ſcilla
ſcorzonera
ſedum
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſinapi
ſulphur
terra ſigillata
tragacanthum gum.
turbith rad.
* verbena
* vitriolum
* urticæ fol.

## 418. VISCERA.

Organa ſingularia intus hærentia, quæ *Viſcera* vocant, omni genere morborum affici poſſunt, & inde ſpecialem materiem medicam non admittunt. Practici autem quædam præcipiunt, *Splanchnica* dicta, quæ 416. tradita ſunt.

## 419. CEREBRUM.

Corporis humani pars albicans, medulloſa, exterius tanquam cortice vaſculoſo griſei coloris ſepta, membranis cincta, tegmine oſſeo & integumentis communibus munita, in ſuperiore & anteriore encephali parte locata, originem præbens nervis ad ſenſum & motum animalem deſtinatis, quam *Cerebrum* vocant; atque alia pars in poſteriori encephali loco ſita, præbens originem nervis motui vitali deſtinatis, quæ vocatur *Cerebellum*, omni genere fere morborum affici poteſt, quos tamen in medicaminum præſcriptione ſolent diſtinguere in morbos calidos & frigidos, ſeu Cerebri caliditatem & frigiditatem; horum Catalogus ex *Capitis medicamentis* 417. facile peti poteſt, ſi conferantur cum citatis in *Calore* 220. & *Frigiditate corporis* 221.

## 420. COR.

Organum vitale muſculoſum in medio pectoris hærens inter Pulmonum lobos ſupra diaphragma, acceptum ſanguinem pellens in arteriam pulmonalem & aortam, interdum *Polypo* 186. *Palpitatione* 223. *Tremore* 232. *Anxietate* 240. afficitur, quorum morborum medicamina a generalibus ibidem citatis vix differunt. Cordis autem Debilitas *Cordialia* 124. exigit.

## 421. PULMO.

Organum Reſpiratorium veſiculoſum, aerem recipiens & emittens, totum fere pectoris cavum implens, *Mucoſo*, 190. *Viſciditate* 191. *Catarrho* 193. *Convulſione* 236. *Eryſipelate* 249. *Ulcere* 284. *Obſtructione* 302. affici ſolet. Hujus autem *Inflammatio* 248. *Peripneumonia vera* vocatur. Medicamenta in his generalibus debent ſimul eſſe *Balſamica* 10. *Reſinoſa* 16. *Urinam ducentia* 104. *Expectorantia* 115. *Pectoralia* 415.

* Hæc in Peripneumonia.

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium Romanum
. . . . vulgare
acori rad.
* adianthum
* althæa
ambra griſea
amomi ſem.
ariſtolochiæ rotundæ rad.
aſclepiadis rad.
bdellium gum.
benzoin gum.
* borraginis flor.
* bugloſſi flor.
carduus benedictus
cepa
chelidonii majoris rad.
. . . minoris rad.
chenopodium
copayva balſ.
croci flor.
curcumæ rad.
dulcamara
galbanum gum.
* glycyrrhiza
* hedera terreſtris
helenii rad.
* hordeum
lacca gum.
* lappæ rad.
liguſtici rad. ſem.
lingua Cervina
* lucii piſcis mandibulæ
* malva
marrubium
maſtix gum.
* mel
muſcus pulmonaris
ni-

nicotiana
origanum
* papaveris rhæados flor.
petaſitidis rad.
* petroſelinum vulgare
pimpinella
pineæ nuces
polypodii rad.
polytrichon
* portulaca
* pulmonaria
roſæ rubræ
ſagapenum gum.
ſalſaparilla
ſantalum citrinum lign.
ſarcocolla
ſcordium
ſtœchadis flor.
ſtyrax gum.
* terebinthina
thus gum.
tolutanus balſ.
* tuſſilago
* veronica
virga aurea
* urticæ ſem.

## 422. VENTRICULUS.

Organum Chylificationis ſacciforme, in ſuperiore ventris inferioris parte hærens, duobus orificiis donatum, quorum ſiniſtrum recipit deglutita alimenta, dextrum vero eadem aliquomodo mutata in duodenum inteſtinum dimittit, ratione organi & functionis variis afficitur morbis: medicamenta his præcipue dicata vocantur *Stomachica*, quæ non ſolum ad ventriculi morbos, ſed & etiam ad multos alios adhibentur, quare magnus eorum eſt Catalogus. Quæ autem in Ventriculi *Cruditate* 165. *Viſciditate* 191. *Acrimonia* 202. *Laxitate* 209. *Caliditate* 220. *Frigiditate* 221. *Debilitate* 232. *Dolore* 239. *Inflammatione* 248. *Inflatione* 343. multiſque aliis morbis ſunt adhibenda, ex iſtis morbis peti poſſunt. Præcipua pars horum conſtat *Aromaticis* 9. *Acidis* 35. *Alcalicis* 37. *Amaris* 52. *Adſtringentibus* 68. *Reſolventibus* 80.

* Hæc Coctionem Ventriculi promovent.

Abel-moſchi
abrotanum
* abſinthium vulgare
. . . . Romanum
acacia
acetoſa
acetoſella
* acori rad.
agallochum lign.
ageratum
allii rad.
* aloe
* ambra griſea
amoniacum ſal
anethum
* angelica
aniſum vulgare
. . . ſtellatum
ariſtolochia rotunda
* ari rad.
* aurantiorum cort.
berberis ſem.
* betonica fol. flor.
* bilis
* calamintha
calthæ flor.
capparis rad. cort.
caranna gum.
* cardamomum
* carduus benedictus
carui ſem.
* caryophyllatæ rad.
caryophylli flor.
* . . . . aromatici
* . . . . Plinii
caſcarillæ cort.
caſſia lignea
caſtoreum
cataria
* centaurium minus
ceraſorum fruct.
chamæmelum
chinæ rad.
cichorium
* cinamomi cort. & radic. oleum
* citri cort. ſem. ſucc.
cochlearia
corallium
* coriandri ſem.
* coſti rad.
creta
croci flor.
cryſtallus montana
* cubebæ ſem.
cumini ſem.
curcumæ rad.
cydoniorum fruct. ſem.
* cyperi rad.
dens leonis
endiviæ herb.
* erucæ ſem.
eryſimum
* fabæ Ignatianæ
fœniculi ſem.
. . . dulcis ſem.
* fraxinellæ rad.
* galangæ majoris rad.
* . . . minoris rad.
* gentianæ rad.
* helenii rad.
hordeum
hyoſcyami ſem.
hyſſopus
japonica terra
* imperatoriæ rad.
ipecacuanha
juniperi bacc. ol.
kermes grana
lactuca fol.
ladanum gum.
lavandula
lauri bacc.
liguſtici rad. ſem.

* li-

* limonum ſucc.
lini ol.
liquid-ambar balſ.
lupuli flor.
macis cort.
* majorana
* malabathri ol.
marinum ſal
marrhubium
maſtix
mechoacanna
meliſſa
* mentha
meii rad.
* moſchata nux
* moſchus
myrobalani
* myrrha
myrti fol.
* naſturtium
ninzin rad.
* nitrum
ocymum
opobalſamum
opopanax gum.
* origanum
perſicæ fruct.
peruvianus balſ.
pimpinella
* piper
piper longum *præ cæteris in ventriculi morbis præſtat*
polium
portulaca
punicæ cort. flor. fruct. & ſucc.
raphanus ruſticanus
ribeſii fruct. & ſucc.
* roſmarinus
rutæ herb. ſem.
* ſalviæ fol. flor.
* ſaſſafras lign.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcabioſa
* ſchœnanthum
ſerpillum
ſcillæ rad.
* ſeſelios ſem.
ſileris ſem.
* ſinapi ſem.
* ſpica nardi celtica
* . . . . Indica
* ſtœchadis flor.
* ſtyrax calamita
. . . liquida
* ſuccinum
tacamahaca gum.
tamarindi
tanacetum
* tartarus
thus
thymus
tolutanus balſ.
trifolium aquaticum
turbith rad.
* vvinteranus cort.
* zedoariæ rad. ſem.
* zingiberis rad.

## 423. INTESTINA.

Canalis membranaceus, longus & latus, tortuoſe admodum in cavo infimi ventris locatus, a ventriculi pyloro ad anum protenſus, meſenterio annexus, variis afficitur morbis, qui ſæpe ſub alio titulo pertractantur; nam Dolor ejus *Colica* & *Iliaca Paſſio* vocatur 416. inteſtinorum autem contenta nimis cito propulſa vel retenta ad *Alvi egeſtionem* 73. referuntur. Eorum *Laxitas* 209. *Convulſio* 236. *Flatus* 278. *Ulcus* 284. ex dictis morbis facile intelliguntur. Quæ autem dicuntur *Inteſtinalia*, ſequens recipit

### CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium Romanum
. . . . vulgare
acacia
agallochum lign.
anethum
aniſum
carui ſem.
cichorium
copayva balſ.
cuminum
filipendulæ rad.
fœniculi vulgaris ſem.
fœniculi dulcis ſem.
geniſtæ ſem.
hordeum
hypericum
hyſſopus
lini ol.
malva
pſyllium
ſuccinum
terebinthina
thus
veronica
zedoariæ rad. ſem.

Finis inteſtinorum, *Anus* dictus, *Excoriatione* 282. *Fiſtula* 286. *Procidentia* 293. *Excreſcentiis* 333. *Hæmorrhoidibus* 349. tentatur, quorum materies medica ex allegatis locis hauriri poteſt.

## 424. MESENTERIUM.

Membrana lata robuſta lumbis nexa, ad cujus ambitum hærent inteſtina,

in ventre inferiore locata, vaſis communibus & lacteis, atque multis glandulis ditata, interdum *Inflammatione* 248. *Obſtructione* 302. *Scirrho* 329. tentatur, quorum materies medica ex allegatis locis poteſt: generalia autem, quæ *Meſenterica* dicuntur, ſequens exhibet

## CATALOGUS.

Abrotanum
aloe
ammoniacum gum.
amygdalæ amaræ
angelica
betonica
bilis
calthæ flor.
cardamomum
caryophyllatæ rad.
chamæmelum
cichorium
coſti rad.
curcumæ rad.
dens leonis
dulcamara
endiviæ herb.
eryngii rad.
filix
fœniculi rad.
fumaria
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
gentianæ rad.
imperatoriæ rad.
ipecacuanhæ rad.
lupuli flor.
myrrha
nephriticum lign.
perſicæ fol. flor.
petroſelinum Macedonicum
peucedani rad.
polypodii rad.
ſeſelios ſem.
tartarus
vvinteranus cort.

## 425. LIEN.

Viſcus atro-rubens in ſiniſtro hypochondrio ſub diaphragmate ſitum, ſæpe *Tumore*, *Dolore* 239. *Inflammatione* 248. *Obſtructione* 302. & *Scirrho* 329. afficitur, quorum materies medica ex dictis locis deſumenda: generalia autem *Splenetica* in ſequenti proponuntur

## CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium Romanum
. . . . vulgare
acetoſæ rad.
acori rad.
adianthum
ageratum
agni caſti ſem.
agrimonia
ammoniacum gum.
amomi ſem.
amygdalæ amaræ
aniſi ſem.
apii rad. ſem.
aquilegiæ ſem.
ari rad.
ariſtolochiæ rad.
aſa fœtida
aſari rad.
aſplenium
bdellium gum.
becabunga
betonica
blatta byzantia
bryoniæ rad.
calthæ flor.
capparis radic. cort.
carduus benedictus
carlinæ rad.
caryophyllatæ rad.
cataria
centaurium minus
chamædrys
chamæmelum
chamæpitys
chelidonii majoris rad.
. . . minoris rad.
cichorium
cinamomum
contrayervæ rad.
croci flor.
cubebæ ſem.
cupreſſi nux
curcumæ rad.
cuſcuta
cyclaminis rad.
dens leonis
dictamnus
erucæ ſem.
eryngii rad.
eupatorium
ferrum
filix
fœniculi rad.
fœnum græcum
fraxini cort. ſem.
fumaria
galangæ minoris rad.
galbanum gum.
geniſtæ ſem.
gentianæ rad.
graminis rad.
hederæ arboreæ bacc.
helenii rad.
hellebori nigri rad.
iridis rad.
juniperi bacc. & ol.
lacca gum.
lappæ rad.

laʒuli lap.
liguſtici ſucc. expr.
lingua cervina
lupuli flor.
marum ſyriacum
meliſſa
millepedes
myrrha
naſturtii fol. ſem.
nephriticum lign.
nitrum
oſmundæ rad.
peruvianus balſ.
petroſelinum vulgare
peucedani rad.
piloſella
plantago
polypodii rad.
polytrichon
pulegium
raphani nigri rad. ſem.
roſmarinus
ruta muraria
ſabina
ſagapenum gum.
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcilla
ſcordium
ſeſelios ſem.
ſolidago ſaracenica
ſtœchadis flor.
tamariſci cort.
tartarus
terebinthina
thymus
tolutanus balſ.
valerianæ rad.
veronica
urticæ fol.
vvinteranus cort.

## 426. HEPAR.

Organum in dextro hypochondrio hærens, bilis confectioni deſtinatum, præter morbos *Bilis* 367. *Caliditate* 220. *Frigiditate* 221. *Inflammatione* 248. *Obſtructione* 302. *Abſceſſu* 326. *Scirrho* 329. multiſque aliis afficitur: quæ autem ex iis medicamentis ſunt præcipua, *Hepatica* dicuntur, qualia ſequens ſuggerit

## CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium Romanum
. . . . vulgare
acetoſæ rad. ſem.
acetoſella
acori rad.
adianthum
agallochum lign.
ageratum
agrimonia
ammios ſem.
ammoniacum gum.
amygdalæ amaræ
angelicæ rad. ſem.
aniſi ſem.
anonidis rad.
ariſtolochiæ cavæ rad.
. . . . longæ rad.
. . . . rotundæ rad.
ari rad.
aſari rad.
aſparagi rad.
aſperula
aſplenium
becabunga
berberis ſem.
betonica
bryoniæ rad.
calamintha
calthæ flor.
capparidis radic. cort.
carduus benedictus
carlinæ rad.
carthami flor.
carui ſem.
caryophyllatæ rad.
caryophylli aromatici
cataria
centaurium minus
chamædrys
chamæmeli flor.
chamæpitys
chelidonium majus
chinæ rad.
chondrilla
cichorii herb. flor.
coſti rad.
croci flor.
cucumeris ſem.
curcumæ rad.
cuſcuta
cyclaminis rad.
cyperi rad.
dens leonis
endiviæ herb. ſem.
eryngii rad.
eupatorium
fœniculi rad. ſem.
fraxini ſem.
fumaria
geniſtæ ſem.
gentianæ rad.
graminis rad.
helenii rad.
hepatica
lacca gum.
lactucæ ſem.
liguſtici rad. ſem. ſucc. expr.
lingua cervina
lupuli flor.
macis cort.
marrubium
marum ſyriacum
mentha
millepedes
moſchata nux
nephriticum lign.
nitrum
nymphææ flor.
opobalſamum
pæoniæ rad.
paſſulæ majores
. . . minores

peruvianus balſ.
petroſelinum vulgare
peucedani rad.
piloſella
plantago
polypodii rad.
portulacæ fol. ſem.
pulegium
pulmonaria
raphani nigri rad ſem.
roſæ caninæ fruct.
. . rubræ
roſmarinus
rubiæ rad.
ruſci rad.
ſantalum citrinum lign.
ſcillæ rad.
ſchœnanthum
ſcordium
ſeſelios ſem.
ſolidago ſaracenica
ſpica nardi celtica
. . . . indica
tartarus
terebinthina
tolutanus balſ.
valerianæ rad.
urticæ fol.
vvinteranus cort.

## CAPUT DUODECIMUM.

### Organorum Morbi.

*Organa & viſcera in ſignificatione tam parum differunt, ut verbis eorum differentia vix exprimi poſſit: ita* Cor, Pulmo, Ventriculus *&* Inteſtina *interdum dicuntur viſcera, interdum organa: ſed per Viſcus unicam duntaxat partem intelligimus, etiamſi ſimul ſit organum, ſed per Organum ſæpe plures partes intelliguntur ad idem munus cooperantes, ut* Manducationis, Deglutitionis, Chylificationis, Circulationis, Reſpirationis *&* Senſuum *organa ex multis partibus componuntur, & quæ ſenſuum ſunt organa, ut* Oculi, Nares, Aures, *numquam vocantur viſcera, quare in hoc Capite malui de Organorum, quam Viſcerum morbis agere, cum in præcedente de Viſcerum morbis erat actum.*

### 427. MANDUCATIONIS ORGANA.

UT alimenta diffringantur, atque ſalivæ miſceantur, variæ concurrunt partes, quæ manducationi famulantur, in quibus accidunt morbi ſpecialem materiem medicam exigentes, uti morbi *Oris*, *Dentium*, *Labiorum*, *Linguæ*, *Gingivarum*, *Palati:* qui autem morbi *Labia*, *Linguam*, & *Palatum* occupant, ex reliquis facile materiem medicam accipiunt.

### 428. OS, & APHTHÆ.

Oris morbi ob multas hic conſitas partes multi ſunt, præcipui autem *Corruptio 166. Putredo 167. Sorditas* 274. *Fœtor* 277. *Ulcus* 284. *Siccitas* 295.
Si vero oris partes omnes fere quadam mucagine tenaci ſordida inſtar puſtularum, vel pelliculæ, obductæ ſunt, poſt morbos putridos & acutos, præter interna medicamenta *Putredini* 167. propria ad os colluendum & inungendum requiruntur *Acidula* 35. *Humectantia* 65. *Emollientia* 70. *Laxantia* 71. & *Abſtergentia* 156. In *Apthis* vero infantum, vel poſt longam debilitatem, *Abſtergentia* 156. paulo magis *Calefacientia* 120. ſunt adhibenda.

* Hæc in *Aphthis*.

Abelmoſchi
acaciæ fol. ſucc.
acetoſæ rad. herb.
* acetoſella
agrimonia
alkannæ rad.
alumen uſtum
anagallis
aniſum vulgare
. . . ſtellatum
anonidis rad.
aquilegiæ ſem.
ariſtolochiæ cavæ rad.
auriculæ Judæ
biſtortæ rad.
* butyrum inſulſum
cardamomum
carlinæ rad.
caryophyllatæ rad.
citri ſucc. &c.
citrulli ſem.

co-

cochlearia
coriandrum
* cydoniorum ſem.
cyperi rad.
ficus
fumaria
geranium Robertianum
* glycyrrhiza
* hedera terreſtris
japonica terra
imperatoriæ rad.
iridis rad.
* lactis flos
malva roſea
* mel
myrtus
nitrum
plantago
* punicæ cort. flor. fruct. ſucc.
* quercus fol.
* quinquefolii rad.
* rapæ rad.
* roſæ rubræ
* ſaccharum
* ſalvia
ſedum
ſolidago Saracenica
* ſyrupus
tamarindi
* tragacanthum gum.
trifolium aquaticum
vinca pervinca
* veronica
virga aurea.

## 429. DENTES.

Partes horis plus quam oſſium duritiem habentes, interdum *Vacillatione*: *Dolore* 239. *Stupore* 242. *Sorditate* 274. *Carie* 285. *Nigredine* 308. afficiuntur, atque in infantibus *Dentitio* eſt promovenda: horum morborum generalem materiem medicam exhibet ſequens

### CATALOGUS.

* Ex his *Dentifricia* parantur

* Acaciæ ſucc. fol.
* alkannæ rad.
* alumen uſtum
angelicæ rad.
benzoin gum.
calthæ flor.
camphora gum.
* cancrorum oculi
caranna gum.
carlinæ rad.
caryophylli aromatici
cochlearia
* corallium
* cryſtallus montana
cyperi rad.
* japonica terra
* maſtix gum.
* oſtreorum teſtæ
pulegium
* pumex lap.
* punicæ cort. flor.
* quercus fol.
* rhois ſem.
ruta
* ſabina
* ſanguis Draconis
* ſepiæ os
* ſpongiæ combuſtæ pulvis
virga aurea.

## 430. GINGIVÆ.

Quæ Gingivarum *Corruptionem* 166. *Putredinem* 167. *Laxitatem* 209. curant, conſtant *Adſtringentibus* 68. *Antiſepticis* 83. *Abſtergentibus* 156. & *Antiſcorbuticis* 183. quorum ſequens eſt

### CATALOGUS.

Acacia
acetoſæ rad.
acetoſella
agrimonia
alkannæ rad.
aloe
alumen rupeum
. . . uſtum
aquilegiæ ſem.
ariſtolochia
berberis ſem.
biſtortæ rad.
chamæpitys
chelidonium minus
cochlearia
fumaria
japonica terra
lacca gum.
lapathum
marrubium
maſtichinum lign.
maſtix gum.
myrrha
myrtus
nitrum
punicæ cort. flor.
rhois ſem.
roſæ rubræ
ruta
ſalvia
ſepiæ os
ſolidago Saracenica
tamariſci cort.

to-

tolutanus balſ.
tormentillæ rad.
trifolium aquaticum.
veronica.
virga aurea.

431. DEGLUTITIONIS ORGANA, & FAUCES.

Ut manducatus cibus ex ore in ventriculum veniat, *Lingua*, *Palatum*, *Uvula*, *Tonſillæ*, *Fauces*, *Pharynx*, & *Oeſophagus* ſuum munus præſtare debent: harum omnium partium morbi ſolo *Faucium* nomine recipi poſſunt. Huic addi poſſunt, quæ ſuperius de *Angina* 344. fuere recenſita.

Morbi præcipui has partes aggredientes ſunt *Laxitas* 209. *Ardor* 220. *Inflammatio* 248. *Sorditas* 274. *Ulcus* 284. *Siccitas* 295. *Muci defectus & abundantia* 390. atque *Tumor* 344. Quorum omnium morborum miſtam materiem medicam exhibet ſequens.

CATALOGUS.

* Hæc in *Faucium tumore*.

* Acacia
acetoſa
* acetoſella
althæa
* alumen rupeum
* ammoniacum ſal
aniſum
* ariſtolochia cava
* biſtortæ rad.
borrago
bugloſſum
burſa Paſtoris
cannabis ſem.
caſcarillæ cort.
caſtaneorum cort. interior
chelidonium minus
* cydoniorum ſem.
eryſimum
* ficus
fœniculi ſem.
* glycyrrhiza
* iridis rad.
lingua Cervina
* malva roſea
* mel
meſpili fruct. recent.
* myrtus
* nitrum
* parietaria
piloſella
pineæ nuces
piſtachiæ
* plantago
* rhois ſem.
* roſæ rubræ
* ſalvia
ſebeſten fruct.
* ſedum
ſiliquæ dulces
ſolidago Saracenica
* veronica
* vinca pervinca
* violæ fol.
virga aurea.

432. CHYLI ORGANA.

*Manducatus* 427. & *Deglutitus* 431. Cibus, *Salivæ* 365. miſtus, in *Ventriculum* 422. & *Inteſtina* 423. deſcenſus, *Meſenterii* 424. *Lienis* 425. *Hepatis* 426. *Pancreatis* & *Peritonæi* actione in Chylum convertitur; quare morbis harum partium pluribus modis vitiari poteſt Chyli confectio, quam ut generalem materiem medicam tradere valeamus. (Conf. Tit. 369.) Totum hoc organum hodie ſæpe vocatur *Primæ viæ*, in quibus *Cruditatem* 165. *Cacochyliam* 181. *Viſciditatem* 191. *Laxitatem* 209. *Obſtructionem* 302. & multos alios morbos annotant Practici.

433. CIRCULATIONIS ORGANA.

Sanguinis in gyrum ductio exigit *Cor* 420. *Arterias* 402. *Venas* 403. reliquaque minora *Vaſa* 401. *Nervos* 404. atque eorum *Spiritus* 364. ut continuetur, ſed & *Viſcoſum* 394. ne deterantur latera, horum omnium morbi quia recenſiti ſunt, non eſt opus addere materiem medicam.

434.

## 434. RESPIRATIONIS ORGANA.

Alterna aeris receptio & emiſſio variis peragitur organis, ut *Larynge*, *Trachea*, *Pulmone* 421. *Diaphragmate*, *Mediaſtino*, *Pleura*, *Claviculis*, & *Coſtis*, quarum partium morbi ex generalibus morbis deſumi poſſunt.

## 435. PLEURÆ AFFECTIO PLEURITIS DICTA.

Dolor in interna membrana cingente cavum pectoris nomen *Pleuritidis* obtinuit apud medicos. *Pleuritidem veram* vocant, ſi oriatur ille Dolor cum difficili reſpiratione, & tuſſi moleſtiſſima ex *Inflammatione* 248. Pleura vero ſi ex aliis cauſis doleat, *Notha Pleuritis* vocatur, inter cujus ſpecies frequentiſſima eſt, quæ *Pleuritis Lymphatica* aut *Catarrhoſa* dicitur, cujus medicamina hoc * ſigno a ceteris diſtinguuntur. Plura ad hunc Titulum referri poſſunt ex *Pectoralibus* 415. *Expectorantibus* 115. & *Tuſſis* 352. medicamentis.

### CATALOGUS.

Acetoſella
* amygdalæ dulces
bugloſſum
cancrorum oculi
* carduus benedictus
ceti ſperma
chamæmelum
cucumeris ſem.
glycyrrhiza
hordeum
* hyſſopus
jujubæ
lappæ rad.
* lucii piſcis mandibulæ
malva
mel
papaveris rhæados flor.
* perlæ, & Perlarum mater
petroſelinum vulgare
* peucedani rad.
portulaca
* pulmonaria
ruta muraria
* trifolii odorati flor.
tuſſilago
urticæ ſem.

## 436. SENSUS ORGANA.

Omnium ſenſuum organum generale eſt *Nervus* 404. qui in *Cute* 417. tactum, in *Naribus* olfactum, in *Lingua* guſtum, in *Oculis* viſum, & in *Auribus* auditum exercet: quidam his *Ventriculum* 422. pro famis, & *Os* 428. pro ſitis organo adjiciunt.

## 437. NARES & NASALIA.

Narium morbi præcipui ſunt *Ozæna*, *Ulcus* 284. *Polypus* 338. *Sternutatio* 351. *Sanguinis fluxus* 361. horum morborum materies medica ex generalibus allegatis, ut & ex ſequenti *Naſalium* Catalogo peti poteſt.

† Hæc caute adhibenda.

Acaciæ ſucc. fol.
acori rad.
anagallidis ſucc.
betæ rad. ſucc.
betonicæ ſucc.
braſſicæ ſucc.
caryophylli aromatici
caſtoreum
† chelidonii majoris ſucc.
croci flor.
cubebæ ſem.
cupreſſi nux
† cyclaminis rad.
† elaterium
† euphorbium
galangæ majoris rad.
. . . minoris rad.
hederæ arboreæ fol.
. . . terreſtris herb.
† hellebori albi rad.
† . . . nigri rad.
hyſſopus
imperatoriæ rad.
† iridis rad.
lavandula
lilii convallii rad.
majorana

ma-

marrubii ſucc.
maſtix
mel aqua dilutum
moſchata nux
naſturtium
nicotiana
nigellæ ſem.
origanum
† piper album
† . . nigrum
pulegium
† pyrethri rad.
ſabina
ſaccharum aqua dilutum
ſalvia
thymus
† zingiber.

## 438. OCULI.

Viſus organa in facie ſub fronte ad utrumque latus radicis naſi locata, 1. ratione Bulbi ex variis humoribus, membranis, nervo optico, arteriis, venis, ligamento & proceſſu ciliari conſtantis, atque 2. partium ambientium in fovea oſſea, ut ſunt pinguedo, muſculi, glandula innominata lachrymalis, atque extra foveam, ut ſunt cilia, ſupercilia, palpebræ, glandulæ, infinitis fere morbis variis nominibus inſignitis corripiuntur, qui partim ad organum ipſum, partim vero ad viſum referuntur.

Ex generalibus morbis hæc organa infeſtantes ſunt *Acrimonia* 202. *Laxitas* 209. *Dolor* 239. *Inflammatio* 248. *Vulnus* 267. *Sorditas* 274. *Ulcus* 284. *Siccitas* 295. *Pruritus* 299. Ex appropriatis medicamentis ad hos morbos ſequentia ſunt præcipua.

Abſinthium
acacia
æris flos
alumen rupeum
ammoniacum ſal
anagallis
aniſum
antimonium
auriculæ Judæ
bilis
calaminaris lap.
cantharides
caryophyllatæ rad.
chelidonium majus
croci flor.
cyani flor.
cydoniorum ſem.
dens Leonis
doronici rad.
euphraſia
fœnum Græcum
gentianæ rad.
glycyrrhizæ rad.
graminis rad.
hæmatites lap.
hirundinis nidus
liguſtici ſucc. expr.
malva
meliloti flor.
myrtus
ovi album
plumbum
polygonum
pompholix
portulaca
pſyllii ſem.
punicæ cort. flor.
quinquefolii rad.
roſæ rubræ
ſapphirus lap.
ſarcocolla
ſedum
ſepiæ os
thus
tiliæ cort. flor.
tragacanthum gum.
trifolii odorati flor.
tutia
verbena
violæ flor.
vitriolum.

## 439. AURES.

Auris ratione organi, liquorum, & functionis variis morbis affici poteſt, ut *Effluxu Ichoris* 201. *Dolore* 239. *Inflammatione* 248. *Sorditate* 274. *Fœtore* 277. *Ulcere* 284. *Carunculis* 335. *Alienis in meatu hærentibus*, *Cerumine inſpiſſato*, & infinitis aliis, quæ ſpecialem materiem medicam exigunt, quare ex iſtis omnibus adjiciemus, quæ ad aurium morbos in frequentiſſimo ſunt uſu: in his ſemper obſervandum, mitiſſima eſſe debere, ſi auribus indantur, ob exquiſitum meatus auditorii ſenſum.

## CATALOGUS.

Abrotanum
abſinthium Romanum
. . . . vulgare
acacia
ambra griſea
aniſum

bi-

bilis
burſa Paſtoris
carduus benedictus
caſtoreum
croci flor.
graminis rad.
hirudines
hyſſopus
lilii convallii flor.
marum Syriacum
mel
origanum
parietaria
ſaccharum.

## 440. GENITALIA VIRORUM.

Quia morbi *Vaſa ſeminalia*, *Teſtes*, *Veſiculas ſeminales*, *Proſtatas*, *Penem*, & *Scrotum* aggredientes in curatione vix ab aliarum partium morbis differunt, non erit opus novam hic addere materiem medicam.

## 441. GENITALIA FOEMINARUM.

Morbi generales *Uterum*, *Ovaria*, *Tubas Fallopianas* & *Vaginam* infeſtantes in curatione vix differunt ab aliis: ſi autem ſpecialis ſit, materies medica in ſequentibus proponetur.

## 442. UTERUS & UTERINA.

Morbi frequentes qui uterum aggrediuntur, ſunt *Frigiditas* 221. *Obſtructio* 302. *Hydrops* 320. *Scirrhus* 329. *Fluxus albus* 360. *Hæmorrhagia* 361. quorum materies medica ex allatis locis peti poteſt: quæ autem communi experientia inventa ſunt *Uterina*, ſequens exhibet

### CATALOGUS.

Abrotanum
acaciæ fol. ſucc.
acori rad.
adianthum
agallochum lign.
ammios ſem.
amygdalæ amaræ
anethum
angelica
aniſum
ariſtolochia cava
. . . . fabacea
. . . . rotunda
artemiſia
aſa fœtida
betonica
bolus candida
bryoniæ rad.
calamintha
calthæ flor.
cardamomum
caryophylli aromatici
. . . . Plinii
caſtoreum
cataria
centaurium minus
chamæmeli flor.
chenopodium
cinamomum
coſti rad.
cubebæ ſem.
curcumæ rad.
cyperi rad.
dauci ſem.
. . cretici ſem.
dictamnus
doronici rad.
filicis rad.
fœniculi ſem.
. . . dulcis ſem.
fraxinellæ rad.
galangæ majoris rad.
. . . minoris rad.
hyſſopus
imperatoriæ rad.
juniperi bacc. & ol.
kermes grana
lavandula
lauri bacc.
leucoji flor.
liguſtici rad. ſem.
liquid-ambar balſ.
majorana
marrubium
marum Syriacum
matricaria
meliſſa
mentha
mercurialis
meii rad.
moſchata nux
mumia Arabum
myrrha
ocymum
opopanax gum.
orchidis rad.
origanum
pæoniæ rad.
peruvianus balſ.
petroleum
pimpinella
polium
pulegium
roſmarinus
rubiæ rad.

ſabina
ſagapenum gum.
ſalvia
ſaſſafras lign.
ſchœnanthum
ſerpillum
ſeſelios ſem.
ſpica Nardi Indica
ſtœchadis flor.
ſtyrax calamita
. . liquida
ſuccinum
tacamahaca gum.
tanacetum
thus
tolutanus balſ.
valerianæ rad.

## 443. MAMMÆ.

Fœminarum præprimis lactantium, aut quibus menſes deficiunt, mammæ ſæpe tentantur *Inflammatione* 248. *Induratione* 290. *Abſceſſu* 326. *Scirrho* 329. & *Cancro* 331. Earum autem Papillæ *Fiſſuris* 280. & *Excoratione* 282.

In mammarum Tumoribus ſequentia palmam præripiunt.

Calthæ flor.
ceti ſperma
chamæpitys
dulcamaræ fol.
eryſimum
fabæ
fœniculi ſem.
. . . dulcis ſem.
geranium Robertianum
matricaria
mentha
phellandrium.

## 444. URINÆ ORGANA.

Ad Urinæ Organa referuntur *Renes*, *Ureteres*, *Veſica*, & *Urethra*, quæ partes variis tentantur morbis, uti *Viſciditate* 191. *Acrimonia* 202. *Calore* 220. *Dolore* 239. *Inflammatione* 248. *Vulnere* 267. *Ulcere* 284. *Obſtructione* 302. *Abſceſſu* 326. multiſque aliis, qui fere omnes uno nomine vocantur *Nephritis*, quare medicamenta *Antinephritica* variam poſſident virtutem.

* Hæc Litontriptica cenſentur.

Abrotanum
acaciæ flor.
acmella
adianthum
agrimonia
* alkekengi fruct.
althææ rad. fol. ſem.
amygdalarum dulcium ol.
anonidis rad.
apii rad. ſem.
* ari rad.
aſparagi rad.
aſplenium
becabunga
betonica
butyrum
calamintha
calthæ flor.
* cancrorum oculi, caro, ſucc.
* carduus benedictus
* ceraſorum fruct. gum. nucl.
chamæmelum
chamæpitys
ciceris ſem.
cichorium
citrulli ſem.
copayva balſ.
coſti rad.
cucumeris ſem.
cucurbitæ ſem.
cumini ſem.
curcumæ rad.
dactyli
dauci ſem.
dens Leonis
eryngii rad.
fabæ Ignatianæ
ficus
* filipendulæ rad.
* filicis rad.
fœniculi rad. ſem.
* . . . dulcis ſem.
* fœnum Græcum
geniſtæ ſem.
glycyrrhizæ rad.
graminis rad.
hedera terreſtris
hordeum
hypericum
imperatoriæ rad.
jujubæ
juniperi bacc. ol.
lac
lactuca
* lappæ rad. fol. ſem.
lilii rad. fol.
* limaces
limonum ſucc.
lini ol.
lupuli flor.
malvæ fol. ſem.
matricaria
meliloti flor.
melonis ſem.
meii rad.
millepedes
nephriticum lign.
ninzin rad.
nymphæa

opo-

opobalſamum
origanum
* ovorum putamina
pæoniæ rad.
papaveris albi cap. ſem.
pareiræ bravæ rad.
paſſulæ
perſicæ nucl.
peruvianus balſ.
* petroſelinum vulgare
* . . . . Macedonicum
peucedani rad.
phellandrium
* pimpinella
pineæ nuces
piſtachiæ
plantago
portulacæ fol. ſem.
pſyllii ſem.
rhabarbarum
ribeſii fol.
* roſæ Caninæ fruct.
rubiæ rad.
ruta muraria
* ſapo Alicant.
ſaſſafras lign.
* ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcillæ rad.
ſcordium
ſeſelios ſem.
ſpica Nardi Celtica
ſymphyti rad.
* tanacetum
* tartarus
terebinthina
tolutanus balſ.
tragacanthum gum.
trifolium aquaticum
verbena
veronica
violæ fol. flor. ſem.
virga aurea
* urticæ ſem.

## 445. CALCULUS URINÆ.

Concretio lapidea ex materia urinoſa in parvis moleculis, quando *Arenulæ* vel *Sabulus* vocatur, vel in majoribus, quando proprie *Calculus* dicitur, collecta in *Renibus*, *Ureteribus*, *Veſica*, vel ſubſiſtens in *Urethra*, ejus exigit eductionem, ſi fieri poſſit, per *Lubricantia* 67. *Diluentia* 87. *Diuretica* 104. aut ejus reſolutionem vel comminutionem per *Lithontriptica* ſuperius 444*. citata.

## 446. SPIRITUUM ORGANA.

Liquor inviſibilis 364. *Spiritus* dictus a communi maſſa ſecernitur ope *Cerebri* & *Cerebelli* 419. & forſan quædam pars in *Medulla ſpinali* conficitur. Omnia hæc cinguntur *Dura & Pia matre*, atque externe muniuntur *Cranio* duro. Has partes ſi occupat *Inflammatio* 248. aut *Eryſipelas* 249. vera generatur *Phrænitis*. Et ex harum partium affectione multi mentis morbi generantur, quorum paucos recenſebimus.

## 447. DELIRIUM.

Ad curationem mentis abalienatæ ex morboſa cauſa, ut aliena percipiat, cogitet, & faciat, multa invenio medicamenta, ſed quia ſibi invicem in curatione ſæpe ſunt oppoſita, materiem medicam perfectam addere non potui. In robuſtis enim ex ſanguinis abundantia & impetu ad caput valerent *Evacuantia* 98. ſine ſtimulo, & *Refrigerantia* 126. ſed homini ex ſumma debilitate deliranti eadem eſſent venena: Melancholicum Delirium & phrenitis iterum diverſa exigit. Ut autem conſtet, quam varia ſit in his materies medica, ſequentia ab Auctoribus in Delirio laudata præ ceteris adjeci.

### CATALOGUS.

Abſinthium
acetoſa
agrimonia
anagallis
borrago
bugloſſum
cannabis ſem.
caryophyllatæ rad.
cucumeris ſem. fruct.
hellebori nigri rad.
hordeum
hypericum
ipecacuanha
kermes grana
lactucæ fol.
lazuli lap.
meliſſa
nitrum

| | | |
|---|---|---|
| nymphæa | portulaca | applicatus |
| polium | raphanus plantis pedum | ſedum. |

## 448. ANIMI DELIQUIUM.

In ſubitanea motus animalis & vitalis ablatione atque ſenſuum externorum & internorum extinctione, ita ut homo inſtar cadaveris jaceat, ſed dein ad ſe redeat, duplex genus medicamentorum requiritur: nam in ipſo paroxyſmo per medicamenta *Volatilia* 46. *Stimulantia* 117. *Excitantia* 118. irritanda ſunt ſolida, ut ſe iterum movere incipiant. Sed extra paroxyſmum per lenia *Aromatica* 9. *Roborantia* 123. *Cordialia* 124. reſtituendæ ſunt vires, & ſpirituum major proventus eſt faciendus, ne iterum tam facile in Animi Deliquium recidant; quæ medicamenta præcipua ſequens exhibet

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Agallochum lign. | croci flor. | ocymum |
| ambra griſea | cyperi rad. | origanum |
| ammoniaci ſalis ſpir. | dictamnus | petaſitidis rad. |
| amomi ſem. | galangæ majoris rad. | roſmarinus |
| angelicæ rad. | . . . minoris rad. | ruta |
| aſclepiadis rad. | imperatoriæ rad. | ſalvia |
| aurantiorum cort. | kermes grana | ſantalum citrinum lign. |
| borraginis flor. | lavandula | ſerpillum |
| bugloſſi flor. | lilii convallii flor. | ſpica Nardi |
| cardamomum | limonum ſucc. | ſtœchados flor. |
| caryophylli aromatici . . . . flor. | majorana | thymus |
| caſtoreum | marum Syriacum | tiliæ flor. |
| cinamomum | meliſſa | vvinteranus cort. |
| citrei cort. flor. | moſchata nux | zedoariæ rad. |
| coſti rad. | ninzin rad. | zingiberis rad. |

## 449. MEMORIA DEBILIS.

Quibuſdam medicamentis ſpecifica adſcribitur vis, ut eorum uſu firmaretur memoria, ſed niſi ex morbo memoria ſit facta debilior, fruſtra ſequentia adhibentur: ſed ex morbo debilitata medelam admittit, & quoniam virium corporis debilitas frequentiſſima eſt cauſa, memoriam confortantia ſunt lenia & grata aromatica, quæ ſua blanda virtute vires labefactatas reſuſcitant, ut ex ſequenti Catalogo patet, qui præcipua talia medicamina complectitur.

### CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Agallochum lign. | calamintha | euphraſia |
| ambra griſea | cardamomum | helenii rad. |
| ammios ſem. | caryophyllatæ rad. | imperatoriæ rad. |
| amomi ſem. | caryophyllus flos | lavandula |
| anacardii fruct. | citrei cort. | lilii convallii flor. |
| angelicæ rad. | coſti rad. | liquid-ambar balſ. |
| aurantiorum cort. flor. | cubebæ ſem. | majorana |
| benzoin gum. | cyperi rad. | malabathrum |
| borrago | dictamnus | marum Syriacum |

ma-

| | | |
|---|---|---|
| maſtix | roſmarinus | . . . . Indica |
| meliſſa | ruta | ſtœchadis flor. |
| moſchata nux | ſalvia | ſtyrax calamita |
| ninzin rad. | ſantalum citrinum lign. | thymus |
| ocymum | ſaſſafras lign. | tiliæ flor. |
| opobalſamum | ſchœnanthum | tolutanus balſ. |
| orchidis rad. | ſerpillum | vvinteranus cort. |
| origanum | ſpica Nardi Celtica | zedoariæ rad. |
| peruvianus balſ. | | |

## SECTIO TERTIA.

### Senſuum & Actionum Morbi.

Corporis aliquam inductam mutationem mente percipere ſentire dicitur, quod in tota cute abſolvitur, qui ſenſus Tactus vocatur, ſed ſpecialis ſenſus in quodam organo diſtinctis nominibus a Tactu diſtingui ſolet.

Corporis autem Actiones ſeu Functiones ad ſequentia genera referri poſſunt.

1. Quæ Generationem abſolvunt.
2. Quæ Nutritioni impenduntur.
3. Quæ Secretioni & Evacuationi impenduntur, de quibus egimus (*361.* ad 400.).
4. Quæ ad motum referuntur.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM.

### Senſuum Particularium Morbi.

*Præter morbos generales ſenſuum (Lib.* 11. *Cap. 6.) in ſenſibus particularibus alii occurrunt, qui ad* Viſum, Auditum, Odoratum, *&* Guſtum *referuntur, quoniam de Tactu, Fame, & Siti ſuperius eſt actum.*

### 450. VISUS.

OMnia vitia in *Oculis* 439. eorumque *Humoribus* 386. quæ lucis radiorum ad oculi fundum tranſitum intercipiunt vel turbant, ac depictarum imaginum communicationem per nervum opticum ad mentem turbant vel intercipiunt, viſum lædunt: quare multi ex dictis morbis huc pertinent. Ab his vitiis viſus fit vel intolerabilis, vel alienus, vel debilis, vel omnino extinguitur, uti in cœcitate, qui morbi pro diverſitate lædentis cauſæ ſua propria exigunt medicamina: ad viſus autem Debilitatem & Obſcurationem curandam ſequentia extolluntur.

| | | |
|---|---|---|
| Abſinthium | euphraſia | lilii convallii flor. |
| acori rad. | fœniculi vulg. ſem. | majorana |
| aniſi ſem. | . . . dulcis ſem. | ocymum |
| bilis | fumaria | raphani rad. ſem. |
| carui ſem. | galangæ minoris rad. | roſmarinus |
| centaurii minoris ſucc. | helenii rad. | rutæ fol. |
| chelidonium majus | hermodactyli rad. | ſaccharum |
| croci flor. | hormini ſativi ſem. | ſeſelios ſem. |
| cyani flor. | liguſtici ſucc. expr. | valerianæ rad. |
| euphorbium | | |

## 451. AUDITUS.

Auditus morbi quia referuntur 1. ad auditum minorem, 2. omnino extinctum ſeu *Surditatem* 3. intolerabilem, 4. depravatum, ut ſibilum, tinnitum, & ſimilia, quæ a variis tam internis, quam externis cauſis dependent, adaptata materies medica omnibus exhiberi nequit. Quædam duntaxat delibabimus.

In ſurditate & gravi auditu ex laxitate organi valent aromatica calefacientia applicata, ut Caryophyllus aromaticus, Hyſſopus, Lavandula, Majorana, Marum, Moſchata nux, Origanum, Roſmarinus, Stœchas, Thymus.

In ſonitu & tinnitu morborum chronicorum ex materia catarrhoſa in organum auditorium depluente ſimilia quoque valent cum abſorbentibus calefacientibus & ſpirituoſis atque alcali volatili. Sed in morbis acutis refrigerantia applicata & ſanguinis miſſio celebrata alienum auditum ſuſtulerunt.

Cerumen autem obſtipans meatum auditorium, ſurditatem inferens, his omnibus non obtemperat, ſed diluentibus, ſaponaceis tollendum, quare Aqua, Mel, Saccharum, Vinum, in tali Surditate primaria ſunt. Reliqua medicamina ex *Aurium morbis* 410. peti poſſunt.

## 452. ODORATUS.

Olfaciendi potentia ablata eaſdem, ut *Senſus privatio* 241. agnoſcit cauſas, & eandem exigit curationem. Perceptio odoris alieni per confluentes *Putridos* 176. *Catarrhoſos* 193. *Purulentos* 200. humores, & *Narium morbos* 438. generatur, ad cujus curationem allegata loca materiem medicam ſuppeditabunt.

## 453. GUSTUS.

Guſtus ut aliorum ſenſuum privatio cauſas habet. Sed fit alienus variis *Oris morbis* 428. aut *Saliva* 365. alieno ſapore prædita, denique humoribus morboſis in os fluentibus, qui nervo guſtatorio applicantur.

# CAPUT DECIMUM QUARTUM.

## Generationis Morbi.

*Generationis morbi ad tria genera commode referri poſſunt*, 1. Conceptum, 2. Geſtationem, 3. Excluſionem. *Sed quoniam in his quædam inveniuntur ſpecies, quæ ſpecialem exigunt curationem, totum generationis negotium diſtinguere volui in ſex ſpecies, quas ſequentes Tituli exhibebunt.*

## 454. CONCEPTUS.

Multa ſunt corporis vitia, quæ inter fœminam & virum ætate maturos irritum faciunt Conceptum, ad quæ tollenda potius chirurgica arte, quam medicamentis utimur: ſi autem in matura ætate maneat *Sterilitas* ſine viſibili labe, ſequentia extolluntur. (Conf. 372.).

| | | |
|---|---|---|
| Ambra griſea | cumini ſem. | roſmarinus |
| ammios ſem. | meliſſa | ſtœchadis flor. |
| betonica | mercurialis | veronica. |
| cataria | | |

Ad

Ad Conceptum vero alienum præveniendum & curandum vera non ſunt inventa medicamina.

## 455. GRAVIDITAS.

Fœmina gravida ex ſubſiſtentibus menſibus, detractione pabuli in fœtus incrementum, mole & motu fœtus, ſæpe varia patitur ſymptomata, quæ fere omnia poſt partum ceſſant: ſi vero pedes tument ex venarum compreſſione, *Subſtentantia* 64. ſunt adhibenda: qui autem morbi in gravidis irritationi vel motui inordinato adſcribuntur, eorum materies medica ex *Mobilitate* 224. & *Hyſterica paſſione* 354. peti poteſt.

## 456. ABORTUS.

Si fœtus ante legitimum Partus tempus excluditur, vocatur *Abortus*, qui ut præveniatur, multa laudantur medicamenta; ſed quia fœmina gravida ex variis cauſis abortit, multa & ſæpe oppoſitis virtutibus donata inveniuntur medicamenta.

Ex ſanguinis ſola abundantia, ut in fœminis copioſos fundentibus menſes, ſæpe fit abortus, quando ſanguinis artificialis evacuatio ſummum eſt auxilium circa tertium, quartum & quintum menſem geſtationis, præcipue ſi ſentiat gravida ſimilia ſymptomata, quæ menſium fluxum prægredi ſolebant.

Ex ſanguinis defectu aborientibus ſuccurrunt *Analeptica* 150. & quæ *Chyli confectionem* promovent.

Sæpæ delicatulæ *Mobilitate* 224. nervorum laborantes, concitato motu convulſifico, abortiunt, his medicamenta *Aromatica lenia* 9. & *Roborantia* 123. conducunt, ſæpe adjiciendo *Antiſpaſmodica* 236.

## CATALOGUS.

| | | |
|---|---|---|
| Acori rad. | cornu Cervi | mentha |
| agallochum lign. | croci flor. | moſchata nux |
| amomi ſem. | cubebæ ſem. | ocimum |
| angelicæ rad. | dictamni rad. | opobalſamum |
| aurantiorum cort. flor. | ebur | origanum |
| benzoin gum. | fœniculi ſem. | peruvianus balſ. |
| betonicæ fol. flor. | galangæ minoris rad. | pimpinella |
| biſtortæ herb. | helenii rad. | roſmarinus |
| calamintha | imperatoriæ rad. | ſalviæ fol. flor. |
| cardamomi ſem. | kermes grana | ſchœnanthi flor. |
| carui ſem. | lavandulæ herb. flor. | ſpica Nardi |
| caryophyllatæ rad. | liquid-ambar balſ. | ſtœchadis Arabicæ flor. |
| caryophylli aromatici | macis cort. | ſtyrax calamita |
| caſſiæ ligneæ cort. | majorana | tolutanus balſ. |
| cinamomi cort. | malabathrum | verbena |
| citrei cort. | marum Syriacum | vvinteranus cort. |
| contrayervæ rad. | meliſſa | zingiberis rad. |
| coriandri ſem. | | |

457.

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

## 457. PARTUS.

Præter medicamina *Partum facilitantia* 107. interdum *Anodyna* 135. & *Antiſpaſmodica* 236. ſunt adhibenda, quæ inordinatum motum compeſcunt; atque *Oleoſa mollia* 14. & *Pinguia* 25. pudendis admovenda ad facilitandum tranſitum.

## 458. PUERPERIUM.

Poſt fœtus excluſionem neceſſe eſt ſequi *Secundinas*, quæ conſtant *Membranis*, *Funiculo umbilicali* & *Placenta*; retentæ hæ vel *Encheireſi*, vel *Lochia pellentibus* 109. excluduntur: ſanguinis denique naturalis fluxus, *Lochiorum* nomine veniens, ſi ſubſiſtet, *Lochia pellentibus* 109. promovetur: *Lochia* autem nimis *profluentia* generalibus *Sanguinem fluentem ſiſtentibus* 361. cum abdominis *Suſtentatione* 64. compeſcitur. Sanguinis nimia collectio in uteri minus ſuſtentatis vaſis, producens animi deliquium vel convulſionem, eadem *Suſtentantia* 64. exigit.

## 459. FOETUS.

Fœtus in utero debilis *Roborantibus* 123. & *Cardiacis* 124. gravidæ datis refocillatur; mortuus autem *Encheireſi*, & *Lochia pellentibus* 109. excluditur.

# CAPUT DECIMUM QUINTUM.

## Nutritio.

*Corpus humanum vivens motu vitali atque exercitiis in functionibus animalibus, continuo deteritur & evacuationibus conſumitur: ne igitur periret, reſarcienda erant, quæ ſimili materia defectum ſupplerent; hæc aſſumtis inducta mutatio & ſubſequens repoſitio in locum deperditorum Medicis vocatur* Nutritio, *quæ functio diſpeſcitur in* Chylificationem *&* Sanguificationem. *Et ut defectus haberemus monitores*, Fames (137. & 138.), & Sitis (139. & 140.) *nobis conceſſæ ſunt, de quibus citatis locis actum eſt.*

## 460. NUTRITIO.

Reſtitutio eorum, quæ naturali corporis actione fuere deperdita, tribus modis vitiatur, 1. ut ſit nimia, qui morbus *Corpulentia* vocatur, cibo parciore & laboribus ſuperanda 2. Minor in *Macie* 250. Atque 3. vitiata ut in *Cachexia* 182. De quibus omnibus ſuperius materies medica tradita eſt.

## 461. MANDUCATIO.

Alimentorum in ore minor vel nulla comminutio fit *Dentium* 429. carie & defectu; muſculorum maxillam moventium paralyſi & ſpaſmo; multiſque morbis in *Organis manducationis* 427. Minus quoque perfecta fit, ſi deficiat affluens *Saliva* 365. quorum materies medica ex dictis morbis eſt petenda.

## 462. DEGLUTITIO.

Alimentorum tranſitus ex ore per *Fauces* & *Oeſophagum* 431. impeditur vel moleſtus redditur ab alienis in faucibus vel œſophago hærentibus, quæ ſunt auferenda; muſculorum harum partium *Spaſmo* 237. & *Paralyſi* 303. deficiente *Faucium* 389. & *Oeſophagi muco* 390. atque Tumoribus variis in lateribus harum partium vel externe has comprimentibus; quorum omnium materies medica varia eſt.

## 463. COCTIO VENTRICULI.

Manducata & Deglutita alimenta actione ventriculi, inteſtinorum, atque affluentium humorum in laudabilem Chylum erant convertenda, quæ actio *Coctio* & *Chylificatio* vocatur: hæc raro Celerior morboſa, ſed Tardior & Impedita ſæpe obſervatur fieri labe quadam in *Chyli organis* 432. & confluentibus in has partes liquoribus. Quæ ſit materies medica in his, ex *Ventriculi morbis* 422. conſtat.

## 464. SANGUIFICATIO.

Ex allato chylo ſanguinis maſſæ tradito, ſola eſt vitæ actio, quæ bonum conficit ſanguinem, nutritioni & functionibus ſubeundis aptum, quæ actio præprimis in *Pulmonibus*, & forſan *Anaſtomoſibus* arteriarum, *Liene*, *Capſulis Renalibus*, & *Thymo* peragitur. Hæc actio debilitata ex *Roborantibus* 123. & *Ventriculi coctionem promoventibus* materiem medicam petit.

# CAPUT DECIMUM SEXTUM.

## Motus morbi.

*Motus in nobis viventibus in hæc genera diſtingui poſſunt.*

1. *Eſt* Motus Inteſtinus, *qui in nobis viventibus interdum fit, ſed rebus mortuis eſt proprius. Hujus motus morbi traditi ſunt (Lib. II. Cap. 2.)*

2. Motus Vitalis, *qui cum vita incipit & deſinit, in quem mens, niſi in quibuſdam animi pathematibus, nullum imperium exercet; hic in corde & arteriis vocatur Vitalis & Circulatorius; alius vero in organis reſpiratoriis; alius in ventriculo & inteſtinis, qui Periſtalticus dicitur; & for an aliquomodo ab his differt, quo fit humorum* Confectio, Secretio, *&* Evacuatio. *De morbis hujus egimus (Lib. II. Cap. 5.)*

3. Motus Animalis, *ſeu* Voluntarius, *qui ex mentis imperio peragitur.*

4. Motus, *qui in Viventibus per certas cauſas concitatur, ut ab omni* Stimulo, *de quo (Lib. II. Cap. 19.) actum eſt.*

5. Motus Miſtus *ex animali, vitali, & ſtimulo fit in morboſa reſpiratione.*

*Quæ reſtant, & in præcedentibus non ſatis commode inſeri potuere, hoc ultimo Capite pertractabimus.*

## 465. RESPIRATIO DIFFICILIS. & ASTHMA.

QUi ſolo motu vitali ſufficientem aeris copiam ad vitam ſuſtentandam recipere pulmonibus & emittere nequit, ſed inſuper motu animali hanc adjuvare cogitur actionem, *Difficili Reſpiratione* laborare dicitur: hæc moleſtia nata ex pituita opplente pulmones, vel convulſione conſtringente eorum fibras, *Aſthma* vocatur, ad quod tollendum ſequentia adhibentur, cetera vero

ro ex morbis variis *organa Reſpiratoria* 434. afficientibus deſumi debent. ( Conſ. *Pectoralia* Tit. 415.)

* Hæc in *Aſthmate convulſivo*.

Abrotanum
abſinthium
acori rad.
adiantum
agaricus
* ammoniacum gum.
* angelica
aniſum
ariſtolochia rotunda
ari rad.
aſari rad.
becabunga
* benzoin gum.
bryoniæ rad.
* calamintha
carduus benedictus
carthami ſem.
* caſtoreum
cataria
cervi cornu, raſura, os de corde
ceti ſperma
chamædrys
chamæmelum
* chamæpitys
chelidonium minus
chenopodium
colocyntis
* croci flor.
cynogloſſi rad.
cyperi rad.
dens Leonis
dulcamara
eryſimum
ficus
filipendulæ rad.
fœniculi ſem.
. . . dulcis ſem.
fœnum græcum
fraxinellæ rad.
* galbanum gum.
gentianæ rad.
glycyrrhizæ rad.
guajaci lign. cort.
hedera terreſtris
* helenii rad.
* hyſſopus
* imperatoriæ rad.
iridis rad.
juniperi ol.
lacca gum.
ladanum gum.
lappæ rad.
liguſtici rad. ſem.
marrubium
* marum Syriacum
* maſtix gum.
mechoacanna
* meliſſa
meii rad.
* millepedes
moſchata nux
muſcus pulmonaris
* myrrha
naſturtium
nicotiana
* ocymum
oleris atri ſem. rad.
* opobalſamum
* opopanax gum.
* origanum
* pæoniæ rad.
perſicaria
* peruvianus balſ.
petaſitidis rad.
petroſelinum vulgare
peucedani rad.
pimpinella
pini reſina
* polium
polypodii rad.
pulegium
pulmonaria
raphani rad. ſem.
* roſmarinus
ruſci rad. ſem.
ruta muraria
ſabina
* ſagapenum gum.
ſaponaria
ſaſſafras lign.
ſaxifraga
ſcilla
ſcordium
ſeſelios ſem.
ſeliquæ dulces
* ſtœchadis flor.
* ſtyrax gum.
ſulphur
* terebinthina
thus
* thymus
* tolutanus balſ.
trifolium aquaticum
turbith rad.
tuſſilago
* valerianæ rad.
veronica
urticæ ſem. rad.
xyli ſem.
zedoaria
zingiber.

## *466.* VOX.

Quæ Vocis Raucedinem curant, ſequens recipit

## CATALOGUS.

Amygdalarum dulcium ol.
aniſum
arabicum gum.
ari rad.
benzoin gum.
cubebæ ſem.
dactyli
eryſimum

ficus

ficus
iridis rad.
lini ol.
malva
myrrha
ovi vitellus
papaveris albi cap.
pineæ nuces
ſtyrax gum.
thus
tragacanthum gum.
verbena
violæ flor.

## 467. VIGILIÆ.

Ad Vigilias ex morboſis cauſis ſequentia adhibere ſolent, quæ parum differunt a *Somniferis* 143. niſi quod quædam cauſas vigiliam inducentes tollant.

### CATALOGUS.

Abſinthium
acetum roſarum
... Sambucinum
anethum
hyoſcyami fol.
kermes grana
lactucæ fol.
lauri bacc.
nymphæa
opium
oxycratum
papaveris albi cap.
raphanus plantis pedum applicatus
roſæ rubræ
ſambuci flor.
violæ flor.

## 468. SOMNOLENTIA, & SOPOR.

Ut Somnolentiæ & Soporis cauſa eſt multiplex, ita etiam ejus eſt materia medica, nam ex *Pituita* 194. *Abundantia* 203. *Motu aucto* 217. & *Minuto* 218. *Febre* 253. multiſque aliis cauſis generatur Coma & Lethargus, quare vires medicaminum admodum differunt.

### CATALOGUS.

Acori rad.
ambra griſea
ari rad.
calamintha
caryophyllus aromaticus
caſtoreum
cataria
centaurium minus
colocyntis
elaterium
erucæ ſem.
eſula
euphorbium
hellebori nigri rad.
imperatoriæ rad.
lavandula
majorana
marum Syriacum
meliſſa
ocymum
origanum
polium
pyrethri rad.
raphanus plantis pedum applicatus
..... ruſticanus
roſmarinus
ruta
ſalvia
ſaxifragiæ rad. ſem.
ſcillæ rad.
ſerpentariæ Virginianæ rad.
ſerpillum
ſinapi
ſtœchadis flor.
ſuccinum.

## 469. ÆQUILIBRIUM DESTRUCTUM.

Actio conſtringens vaſa niſi ab implente liquore ita ſuſtineatur, ut redeat relaxationis tempore ad priorem longitudinem, brevi ceſſat, quare duplici modo deſtruitur: 1. ſi tanta ſit liquorum copia, quæ non, aut difficilius ab eo motu propelli poteſt; 2. vel tam parva eſt, ut vas conſtrictum non ſatis dilatetur ab implente liquore. Quare materies medica conſtare debet medicamentis, quæ copiam humorum augent & minuunt; aut quæ vires intendunt vel dimittunt, ut reſtituatur inter cauſas agentes & molem movendam æquilibrium: ſed quia materies medica ſibi invicem eſt oppoſita, atque alibi traditur, quomodo augentur & minuuntur quantitas humorum, & vires agentes, hoc in loco medicamenta non ſunt citanda.

FINIS.

# INDEX.

ABortus 466.
Abortum facientia 106
Abſceſſus 326
Abſorbentia 100
Abſorptio deficiens 403
Abſtergentia 156
Abundantia 203
Abuſus 164
Aceſcentia 34
Acida 35
Aciditas 195
Acria 47
Acrimonia 202
Actionis compoſitæ morbi Lib. II. Cap. 7.
Actionum morbi L. III. C. 14.
Adducentia 63
Adſtringentia 68
Æquilibrium deſtructum 469
Alcaleſcentia 36
Alcalia 37
Alcali morbus 196
Aliena in corpore L. II. C. 10.
Aloetica 1
Alvi egeſtio 373
Alvum ducens 103
. . . laxans 102
Amara 52
Amplitudo vaſorum 401
Anaſtomoſes 465
Aneuryſma 317
Angina 344
Animalcula cutanea 275
Animalia 26
Animalis motus morbi L. II. C. 5.
Animi deliquium 448
Anodyna 135
Antimonialia 2
Antinephritica 44
Antiphlogiſtica 96
Anus 423
Anxietas 240
Aperientia 122
Aphthæ 428
Aponeuroſis 412
Apophlegmatizonta 110
Apoplexia 231
Aquoſa 3
Arenulæ urinæ 445
Aridura 250
Aromata 9
Arteria 402
Arthritis 296
Articulus 411
. . . mucilago 398
Aſpredo 313
Aſthma 465
Attenuantia 79
Attrahentia 129
Auditus 451
Aves 20
Auferens 99
Auris 439
Auſterum 197
Balſamica 10
Beriberi 228
Bilioſa 24
Bilioſum 198
Bilis 367
. . organi viſcoſum 395
Bubo 346
Cachexia 182
Cacochymia 181
Calculus urinæ 445
Calefaciens 120
Callus 288
Callum generans 149
Calor corporis 220
Caloris ſenſus 244
Cancer 331
Capſula renalis 464
Caput 413
Carbunculus 324
Cardialgia 239
Caries 285
Carnem generans 148
Caro 412
Cartilago 410
Carunculæ 335
Catalepſis 230
Catarrhus 193
Celluloſa membrana 417
Cerebellum 419
Cerebrum 419
. . . humor 381
Cerumen 440
Chloroſis 184
Chylificatio 463
Chylus 369
Chyli organa 432
Cicatrix 287
Cicatrizans 152
Circulationis organa 433
. . . . organi viſcoſum 394
Circulatorii humores morboſi L. III. C. 1.
Claviculæ 435
Clavus 339
Coagulantia 77
Coagulatio 185
Coctio ventriculi 463
Cohæſio humorum major 177
Colica 239
Colli morbi 414
Colliquatio 178
Coloris mutati morbi L. II. C. 15.
Communicati morbi L. II. C. 1.
Coma 468
Compactus 179
Compingentia 97
Comprimentia 61
Conceptus 454
Concoquentia 91
Concretio 291
Condientia 82
Conſenſus morboſus 238
Conſolidantia 154
Contagium 160
Contractilitas major 213
Contuſio 271
Convulſio 236
Cor 420
Cordialia 124
Corpulentia 450
Corrigentia 92
Corrodentia 72
Corroſio 281
Corruptio 166
Coſtæ 434

Cra-

*Cranium* 446
*Craſſitudo humorum* 171
*Cruditas* 165
*Cruſta cutis* 274
Cruſta & inæqualis ſuperficies L. II. C. 16.
*Cuticula* 417
*Cutis* 417
*Debilitans* 127
*Debilitas cohærentiæ* 211
. . . *virium* 232
*Defectus* 204
*Defenſiva* 133
*Deglutitio* 462
*Deglutitionis organa* 431
*Delirium* 447
*Dentifricia* 429
*Dentitio* 429
*Dentium morbi* 429
*Derivantia* 132
*Diaphragma* 434
*Diluentia* 87
*Diſcutientia* 101
*Dolor* 239
*Dolorem facientia* 134
*Ductus* 405
*Dulcia* 53
*Dura mater* 446
. . . . *ſuccus* 381
*Durities* 290
*Ebullitio* 170
*Efferveſcentia* 169
*Elaſticitas* 215
*Elongatio* 264
*Emollientia* 70
*Emplaſtica* 38
*Empyema* 347
*Epilepſia* 229
*Epithelium* 417
*Error loci* 208
*Eryſipelas* 249
*Eſchara* 315
*Eſcharotica* 73
*Evacuantia* 98
Evacuationis morbi L. II. C. 20.
*Evacuatio aucta* 265
*Excitantia* 118
*Excoriatio* 282
Excrementitii humores morboſi L. III. C. 4.
*Excreſcentia* 333
*Exedentia* 74
*Exhilarantia* 146
*Exoſtoſis* 342
*Expectorantia* 115
*Extendentia* 62
*Extenuantia* 155
Externarum cauſarum morbi L. II. C. 9.
*Famem excitantia* 137
. . *ſedantia* 138
*Farinoſa* 11
*Fauces* 431
. . *humor* 389
*Favus* 316
*Febris* 253
*Fermentatio* 168
*Fibra* 406
*Fibra motrix* 412
*Ficus* 337
*Figentia* 85
Firmarum partium morbi L. II. C. 4.
Firmarum partium defectus & ſolutio L. II. C. 11.
. . . . . . . . mutationis morbi L. II. C. 12.
*Fiſſura* 280
*Fiſtula* 286
*Fixa* 39
*Flacciditas* 214
*Flatus* 278
*Flavus color* 310
*Fluor albus* 360
*Fœtentia* 51
*Fœtor* 277
*Fœtus* 459
. . *liquor* 371
*Folliculoſus tumor* 332
*Fractura* 269
*Fragilitas* 212
*Frigefaciens* 126
*Frigiditas corporis* 221
*Frigoris ſenſus* 245
*Fructus horæi* 12
*Fungus* 336
*Furfuratio* 257
*Furunculus* 323
*Ganglion* 340
*Gangræna* 300
*Gelatina* 361
*Gelatinoſa* 40
*Gelatinoſum* 187
*Gelu* 266
Generationis morbi L. III. C. 14.
. . . . *organi viſcoſum* 397
*Genitalia fœminarum* 441
. . . . *virorum* 440
*Gingivæ* 430
*Glandulæ* 409
*Glutinantia* 153
*Glutinoſum* 189
*Gonorrhœa* 359
*Grata* 54
*Gravedo* 357
*Graviditas* 455
*Gravitas humorum* 175
*Gravitatis ſenſus* 246
*Gummoſa* 13
*Guſtus* 453
*Hæmorrhoides* 349
*Hepar* 426
*Hepaticis* 426
*Hernia* 292
*Herpes* 314
*Horror* 234
*Humectantia* 65
*Humida* 41
*Humiditas* 294
Humorum morbi L. II. C. 3.
*Hydrophobia* 163
*Hydrops* 320
*Hypochondriaca paſſio* 355
*Hyſterica paſſio* 354
*Ichor* 201
*Icterus* 311
*Iliacus dolor* 239
*Impetigo* 259
*Incidentia* 81
*Incraſſantia* 78
*Incubus* 225
*Indurantia* 69
*Inertia* 216
*Inflammatio* 248
*Ingrata* 55
*Inodora* 50
*Inſecta* 22
*Inſipida* 57
*Inſulſa* 59
*Integumenta* 417
Integumentorum generales morbi L. II. C. 8.
*Inteſtina* 423
. . . *ſalivoſus humor* 367

. . . *mucus* 392
*Labia* 427
*Lac* 370
*Lachryma* 377
*Lachrymas movens* 111
*Lapides* 27
*Larynx* 434
. . . *ſuccus* 393
*Laxantia* 71
*Laxitas* 209
*Leniæ* 48
*Lenientia* 93
*Lentor* 188
*Lethargus* 468
*Levitas* 176
*Levitatis ſenſus* 247
*Lien* 425
*Ligamenta* 408
*Lingua* 431
*Lithontriptica* 444
*Livor* 307
*Lochia* 363
. . *pellentia* 109
. . *ſiſtentia* 458
*Lubricantia* 67
*Luxatio* 270
*Lympha acris* 192
*Lymphatica arteria* 402
. . . . *vena* 403
Lymphaticorum humorum morbi L. III. C. 6.
*Macies* 250
*Maculæ* 312
*Magnitudo particularum* 173
*Mammæ* 443
*Manducatio* 461
*Manducationis organa* 427
*Maſticatoria* 110
*Medicamenti abuſus* 164
*Mediaſtinum* 434
*Medulla oſſium* 379
*Melancholicus humor* 199
*Membrana* 407
*Memoria debilis* 449
*Menſes* 362
. . . *ducentia* 108
*Mercurialia* 4
*Meſenterium* 424
*Metalla* 28
*Mineralia* 33
*Mobilitas* 224
*Mollia* 42
*Morbilli* 261
*Morbus* 254
*Morſus* 272
Motus morbi L. III. C. 16.
. . . particulares morbi L. II. C. 19.
. . . viventium morbi L. II. C. 5.
. . . morbi in variis partibus L. II. C. 14.
. . . *auctus* 217
. . . . *minutus* 218
. . . *turbatus* 219
*Motum minuentia* 125
*Moventia* 116
Mucilaginoſum humorum morbi L. III. C. 9.
*Mucilaginoſa* 43
Mucoſi humores morboſi L. III. C. 7.
*Mucoſum* 190
*Muſculi* 412
*Nares* 437
. . *mucus* 387
*Naſalia* 437
*Nauſea* 356
*Nephritis* 444
*Nervina* 404
*Nervus* 404
. . . *ſuccus* 382
*Nigror* 308
*Nitroſa* 5
*Nuda oſſa* 283
*Nutrientia* 150
Nutrientium humorum morbi L. III. C. 3.
*Nutritio* 460
Nutritionis morbi L. III. C. 15.
*Obſtructio* 302
*Obſtruentia* 128
*Obtundentia* 94
*Obvolventia* 95
*Oculorum morbi* 438
. . . *humores* 386
*Odoratus* 452
*Odoriſera* 49
*Oedema* 321
*Oeſophagus* 431
. . . . *mucus* 390
*Oleoſa* 14
*Olera* 15
*Olfactus* 452
*Opiata* 6
Organorum morbi L. III. C. 12.
*Oris morbi* 428
. . *mucus* 388
. . *ſalivoſus humor* 367
*Ornantia* 158
*Oſſificatio* 289
*Oſſa* 410
*Ovarium* 441
*Palatum* 431
. . . *ſuccus* 389
*Pallor* 309
*Palpitatio* 223
*Pancreas* 432
. . . *ſuccus* 366
*Panniculus adipoſus* 417
*Papaverina* 7
*Papillæ mammarum* 443
*Paralyſis* 303
*Pareſis* 226
*Parotis* 345
*Partum facilitantia* 107
*Partus* 457
*Parvitas* 174
*Pectoralia* 415
*Pectus* 415
. . *humor* 383
*Pediculi* 275
*Penis* 440
*Pericardii liquor* 385
*Perioſteum* 410
*Peripneumonia* 421
*Peritonæum* 432
*Perſpirabile ducentia* 105
*Perſpiratio* 375
*Peſtis* 161
*Petechiæ* 263
*Pharynx* 431
. . . *ſuccus* 390
*Phlegmone* 322
*Phlogoſis* 306
*Phrenitis* 446
*Phthiſis* 251
*Pia mater* 446
*Pili* 417
*Pinguedo* 378
Pinguium humorum morbi L. III. C. 5.


*Pin-*

*Pinguia* 25
*Piſces* 21
*Pituita* 194
*Pituitariæ membranæ mucus* 387
*Placenta* 458
*Planta* 18
*Pleura* 435
*Pleuritis* 435
*Podagra* 297
*Polychreſta* 147
*Polypus ſanguinis* 186
. . . *tumor* 338
*Pori* 405
*Præparantia* 90
Præparantium humorum morbi L. III. C. 2.
*Primæ viæ* 432
*Procidentia* 293
*Proſtatæ* 449
*Pruritus* 299
*Puerpera* 458
*Puerperium* 458
*Pulmo* 421
*Pulmonis ſuccus* 393
*Pulſatio* 222
*Punctura* 268
*Pus cohibentia* 200
. . *moventia* 88
*Puſtulæ* 255
*Putredo* 167
*Putredinem cohibentia* 83
*Putrefacientia* 89
*Quadrupedes* 19
*Rarefacientia* 84
*Raritas* 180
*Raucedo* 466
*Renes* 445
. . *viſcoſum* 396
*Repellentia* 130
*Replentia* 151
*Repulſio* 301
*Reſinoſa* 16
*Reſolventia* 80
*Reſpirationis organa* 434
*Reſpiratio difficilis* 465
*Revellentia* 131
*Rhachitis* 252
*Rheumatiſmus* 298
*Rigiditas* 210
*Rigor* 235
*Roborantia* 123
Roridorum humorum morbi L. III. C. 6.
*Rubefacientia* 119
*Rubor* 305
*Ruptoria* 75
*Sabulus urinæ* 445
*Salia* 29
*Saliva* 365
*Salivantia* 112
*Salivoſus humor* 367
*Salſa* 58
*Sanguinem fluentem ſiſtentia* 361
*Sanguinis morbi* 361
*Sanguificatio* 464
*Sapida* 56
*Saponacea* 44
Saponacei humores morboſi L. III. C. 2.
*Sapor* 453
*Sarcoma* 334
*Scabies* 256
*Scarlatina* 262
*Scelotyrbe* 227
*Scirrhus* 329
*Scorbutus* 183
*Scrotum* 440
*Sebum* 400
*Secundinæ* 458
*Semen* 372
*Semi-metalla* 32
*Seminalia virorum* 440
*Senſus nullus* 241
. . . *organa* 436
Senſus morbi L. II. C. 6.
. . . . . . raro generales L. II. C. 13.
Senſuum particularium morbi L. III. C. 13.
*Serum ſanguinis* 361
*Sicca* 45
*Siccantia* 66
*Siccitas* 295
Singularium partinm morbi L. III. C. 11.
*Singultus* 353
*Sinus purulentus* 327
*Sitim facientia* 139
. . *ſedantia* 140
Solidorum morbi L. II. C. 4.
. . . . defectus & ſolutio L. II. C. 11.
. . . . mutationis morbi L. II. C. 12.
*Soluta unitas* 279
*Somnifera* 143
*Somnolentia* 468
*Somnus* 468
*Somnum arcentia* 144
*Sopor* 468
*Soporifera* 145
*Sordes* 274
*Spaſmus* 237
*Sphacelus* 304
*Spina ventoſa* 410
*Spinalis medulla* 446
*Spirituoſa* 17
*Spiritus nervorum* 364
*Spirituum organa* 416
*Splanchnica* 416
*Splenetica* 425
Spontanei morbi L. II. C. 2.
*Sputum* 393
*Sterilitas* 454
*Sternutatio* 351
*Sternutatoria* 121
*Stimulantia* 117
*Stomachica* 422
*Struma* 330
*Stupefacientia* 136
*Stupor* 242
*Sudor* 376
*Sudorifera* 114
*Sulphurea* 30
*Suppreſſio* 206
*Surditas* 452
*Suſtentantia* 64
*Tendines* 412
. . . *mucilago* 399
*Tenſio* 265
*Tenuitas humorum* 172
*Terminthos* 325
*Terrea* 31
*Teſtacea* 23
*Teſtes* 440
*Thymus* 464
*Tonſillæ* 431
. . . *ſuccus* 389
*Torpor* 243
*Trachea* 434
. . . *ſuccus* 389
*Tranſudatio* 207
*Tremor* 232
*Tubæ Fallopianæ* 441
Tumores particulares L. II. C. 18.

. . . va-

. . . varii L. II. C. 17.
*Tunicæ* 407
*Tuſſis* 352
*Tympanites* 348
*Vacillatio dentium* 429
*Vagina* 441
. . . *viſcoſum* 397
*Variolæ* 260
*Varix* 318
*Vaſa* 401
. . *viſcoſum* 394
*Vena* 403
. . *viſcoſum* 394
. . *lymphatica* 403
*Venenum* 159
*Venerea lues* 162
*Venerem minuens* 142
. . . *ſtimulans* 141
*Venter* 416
. . *humor* 384
*Ventriculus* 422
. . . . *mucus* 394
. . . . *ſuccus* 368
. . . . *ſalivoſus humor* 368
*Vermes* 276
*Verruca* 341
*Vertigo* 350
*Veſicæ felleæ viſcoſum* 395
*Veſica urinaria* 445
. . . . . *viſcoſum* 396
*Veſicantia* 157
*Veſiculæ aquoſæ* 319
. . . *ſeminales* 440
*Vigilia* 467
*Vinoſa* 8
*Viſcera* 418
*Viſcidum* 191
Viſcoſorum humorum morbi L. III. C. 8.
*Viſus* 450
Vitalis motus morbi L. II. C. 5.
*Vitiligo* 258
*Ulcus* 284
*Umbilicalis funiculus* 458
*Ungues* 417
Univerſalium partium morbi L. III. C. 10.
*Volatilia* 46
*Volatilizantia* 86
*Vomica* 328
*Vomitoria* 113
*Vomitus* 358
*Vox* 466
*Urentia* 76
*Ureteres* 444
. . . *viſcoſum* 396
*Urethra* 444
. . . *viſcoſum* 396
*Urinæ morbi* 374
. . *organa* 444
. . . . *viſcoſum* 396
*Urinam ducentia* 104
*Uſtio* 273
*Uterina* 442
*Uterus* 442
. . *viſcoſum* 397
*Vulnus* vulneraria. 267
*Uvula* 431

FINIS.